aevus (ev-), -a, -um. *de origine et usu cf. E. Löfstedt, Late Latin. 1959. p. 121sqq.* 1 *sempiternus, infinitus – ewig, unbegrenzt:* Dipl. Merov. III A 22 p. 140,20 ut ... evis *(Havet, Oeuvres. I. p. 265,* eius *cod.,* perpetuis *Pertz)* temporibus illis in augmentum debeat proficere (Form. Turon. 20. Dipl. Merov. II 23 p. 109,35 -is et futuris t. Cod. Karol. 16 p. 514,9 -is ac laetabundis t. Trad. Frising. 675. Cod. Frid. 19. *saepe in chartis usque ad s. X. ex.*). 2 *longaevus – hoch(bejahrt):* Vita Wandr. 15 (MGMer. V p. 21,23) in eva et lucolenta ... senectudine.

[Schmidt]

aex, -gis *f.* (αἴξ) *capra – Ziege:* ALPHITA I p. 288,8 quaedam infirmitas oculi . . . dicitur egilopa ab ege, quod est capra *egs.* *Schmidt*

***afare** *v.* *affare. **afectio**, -tus *sim. v.* affectio.

***aferecastos** *v.* *antecastos. **aferesis** *v.* aphaeresis.

afero *v.* 1. affero. ***afestuco** *v.* *abfestuco.

affaber, -bri *m.* *artifex – Künstler:* ODO Ern. duc. 5 p. 345[A] rex . . . portans in vertice circum -i (*an adi.?, cf.* GLOSS. IV 30,27 St.-S. -r ingeniosus . . . sinniger) factum studio.

affabilis, -e. **1** *comis, liberalis, amicus – leutselig, wohlwollend, freundlich:* **a** *de hominibus:* CAND. FULD. Eigil. I 11 benignus infirmis, propitius delinquentibus, -is fratribus. HROTSV. Pafn. 2,5 mulierem . . . omnibus amabilem, omnibus -em. WIDUK. gest. 2,7 -is mediocribus *rex.* DIPL. Otton. III. 390 p. 821,19 nostrę . . . iuventutis tam -is multimode literationis informator. OTTO FRISING. chron. 6,5 p. 267,26 gratiosa . . . quocumque venerit et -is *Nortmannorum gens.* ALBERT. M. anim. 2,3,4 p. 237[b],20 esse . . . delectabilem in convictu et -em. *al.* *in allocutione i. q. carus – lieb:* EPIST. var. II suppl. 5 p. 621,24 quid . . ., -is fili, quid . . . edisseras. HROTSV. Abr. 4,1 ave, -is amice. **b** *de rebus:* EPIST. var. II suppl. 5 p. 620,19 -i pioque affamine. WALTH. SPIR. Christoph. I prol. p. 65,26 consolatione. TRAD. Salisb. I 1 p. 253,23 verbis. CHART. Livon. A I 254 p. 337,30 ut . . . rex benignitatem sedis apostolicae gratiosam et -em sibi gaudeat invenisse. *al.* *gratus – angenehm:* CHART. Carinth. II 636[a] p. 85,9 (a. 1260) ad ipsius matrimonii conspicuam conventionem et utrimque -em. **2** *eloquens – beredt:* SERMO de Ved. 8 (MGScript. XV p. 403,55) de tota vita eius necnon et miraculis, ut affatim -is erat, retractans *pontifex.*

adv. **affabiliter.** *comiter, liberaliter, amice – liebevoll, wohlwollend, freundlich:* ALDH. ad Acirc. 5 p. 75,16 celsitudinem vestram -r alloquens. WILLIB. Bonif. 8 p. 50,17 cum . . . discipulos ad coronam martyrii -r incitabat. CHART. Austr. sup. II 508 p. 469,11 *Dominus* sic voluit pro mortuis -r exorari, ut *eqs.* CONST. III 216,1 qua *(quiete)* ipsi ecclesie carus astringeris et -r presentaris. *al.*

affabilitas, -atis *f.* **1** *familiaritas, comitas, liberalitas – Zugänglichkeit, Leutseligkeit, Freundlichkeit:* WILLIB. Bonif. 2 p. 10,23 tanta . . . in eo -is erga fratres . . . succrevit magnitudo. WALAHFR. carm. 5,73 ordo, -s, bonitas. BERNO epist. 7 p. 1165[B] te subito ab -e subtrahis. CARM. Bur. B 60[a],2,3 *feminas* alit -s atque cordis simplicitas. ALBERT. M. summ. creat. II 1,41,1 p. 353[b],10 accipere . . . magistri -em et cum illa societatem et amicitiam. CONST. III 250,1 munificentie gratiam et -is affectus, quibus . . . rex . . . domum nostram prosequitur. *al.* *meton. de principis persona affabili:* FORM. Sangall. II 2 p. 396,31 per . . . intercessores -i nostrae conquestus. DIPL. Otton. I. 90 -is nostrae aures. **2** **a** *affatus, sermo – Anrede, Rede, Gespräch:* THEOD. AMORB. Firman. prol. p. 25,17 dulcissima illum -e . . . adire. SIGEB. GEMBL. Theod. 4 cum . . . delectaretur iocunda et seria -e familiarium ac sapientium. ALBERT. AQUENS. hist. 7,19 se . . . libenter velle perfrui eorum communi -e. *ibid.:* nulla -e . . . communicare. **b** *elocutio polita – gepflegte Ausdrucksweise:* EPIST. Bonif. 29 mihi aliqua verba tuae -is . . . transmittere (*opp.* rusticitatem).

affabre (afa-) *adv.* **1** *strictius i. q. artificiose – kunstvoll:* LUP. FERR. Wigbert. 20 crucis . . . argenteam laminam -e inauratam. EPIST. Reinh. 35 p. 35,29 *matutinalem* velim, mi fenestella, -e perficias. **2** *latius i. q. diligenter, strenue – sorgfältig, eifrig:* CHRON. Noval. app. 3 p. 122,42 pius . . . pastor defendit custoditque afabre gregem suum a laceracione . . . ferarum. TRANSL. Tib. 9 (MGScript. XV p. 395,31) procedunt . . . -e distinctis ordinibus.

***affaldra**, -ae *f.* *(theod. vet.* affaltar, *cf. Ahd. Wb. I.p. 33) malus – Apfelbaum (Pirus malus L., cf. Fischer-Benzon, Gartenflora. p. 144sq.):* HILDEG. phys. 3,1 p. 1215[C] de -a (affoldra *G*); -a calida et humida est. 3,2 p. 1217[D] ad similitudinem -e. 3,57 p. 1245[C] in piro aut in -a.

***affamatus**, -a, -um. (ad *et* fames, *ital.* affamare) *debilitatus – verkümmert:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 135,1 *nidasii falcones* raro producunt eas *(pennas)*, quod non sint alique ex ipsis corrose vel -e.

affamen, -inis *n.* **1** *strictius i. q. allocutio, sermo, colloquium – Anrede, Rede, Gespräch:* EINH. (?) Marc. et Petr. II 24,3 tali Petro . . . respondet -e. WALTHARIUS 1174 laeto solans -e sponsam. PASS. Kil. II 21 prophetico -e. VITA Willib. p. 18,57 inter melliflua eorum -a . . . narravit. THANGM. Bernw. 28 p. 771,50 dulci -e episcopus de pace . . . commonet. DIPL. Heinr. II. 400 pro voto et supplici -e . . . Petri. HUMB. Sim. 2,2 p. 141,42 post -a asinae *(cf. Vulg. num. 22,28).* HAIMO (?) Wilh. 2 p. 212,10 quod carerent eius familiaritatis et -is . . . solamine. METELL. Quir. 18[a],25 nuntius hunc . . . terrens -e tristi. VITA Gunth. erem. 11 inter . . . pii -is verba. *al.* **2** *latius:* **a** *effatus – das Aussprechen:* CARM. de Bened. 442 efficitur hilaris tanti de -e verbi. **b** *vox – Laut:* MIRAC. Bav. 2,10 puerulus . . . toto intellectuali -e mutus. **c** *sententia – Wortlaut:* CONST. I 6 p. 14,14 (a. 948) huiusmodi . . . -is tam salubri missatico.

***affamulor**, -ari. *famulando fovere – bedienen:* RATHER. epist. 10 p. 50,3 ordinatorem meum domi ⟨rec⟩ipio, -or, munero.

*?***affannio** (adf-), -ire. *(orig. inc.) fort. i. q. ad expeditionem substituere – etwa 'zum Heeresdienst als Ersatz stellen':* CAPIT. reg. Franc. 204 app. p. 71,36 qui per se hostem facere non possunt, ut alios ad-ant (adfiniant *var. l.*).

***affare** (afa-) *subst.* *(ital.* affare, *cf. Meyer-Lübke, REW[3] nr. 3128) negotium – Geschäft:* COD. Wang. Trident. 146 p. 330,10 (a. 1200) turris semper debet esse aperta domino episcopo . . . pro omnibus suis afare et werris.

*?***affateo** (adf-), -ui, -ere. *(cf.* fateri*?) refl. i. q. profiteri – (gerichtlich) erklären:* CHART. Ital. Ficker 19 p. 25,5 (a. 903) adfatuerunt se ipsus Stefanus et Atrualdu, in responsis dixerunt.

1. affatim *adv. script.* aufa-: AETHICUS ISTER 81 p. 62,22 *cod. L. metr.* -fāt- *semper in schedulis nostris.*

abundanter, sufficienter, satis – reichlich, hinlänglich, zur Genüge: VITAE patr. Iur. prol. p. 131,28 dum per se -m rutilat *laus abbatum.* ALDH. virg. I 22 p. 253,5 cum . . . virginitatis exempla -m exuberent et ubertim suppeditent. II 309 -m promens oracula vatis. ALCUIN. carm. 1,75 quod fuit -m factum. GODESC. SAXO gramm. 2,9 p. 426,4 cetera, de quibus -m sancta dixit Agnes. HROTSV. Abr. 6,6 -m refecti, -m sumus hebriati. OTTO SANBLAS. chron. 40 p. 63,5 cunctis laudes -m acclamantibus. *al.*

2. *affatim *adv.* *(ab* affari, *cf. D. Norberg, ALMA 22. 1951/52. p. 13) (affabiliter, instanter) alloquendo – (freundlich, eindringlich) anredend:* TIT. Rom. 11,4 (MG Poet. IV p. 1018) Dominus . . . quem *(Demetrium)* . . . advocat -m: euge *eqs.* EPIST. divort. Loth. 17 p. 238,8 vestram -m deposcimus paternitatem. CHRON. Salern. 38 p. 40,25 inter hec verba . . . -m exflagitabat pontifices . . . principem veniam ei tribueret (66 p. 64,3).

affatimio (adf-, acf-, adram-, -fatha-, -fet-, -fathm-, -tm-, -tom-, -tum- *sim.*), -ire. (*franc. vet.* *fathumjan) *de origine et sensu v. Dt. Rechtswb. I. p. 441sqq.*

1 *strictius i. q. adoptare in hereditatem – als Erben an Kindes Statt annehmen:* LEX Sal. Merov. 46[tit.] (*cf.* 46 capit. p. 104) de acfatmire (hac famirem *A 1*, adfathamire *A 2*, adramire *A 4*, adrhamire *C 5*); *inde* LEX Sal. Pipp. 81[tit.] de affatumire (affactumire *D 7*, afetumiae *D 8*, afatumiri *D 9*; *huc spectare vid.:* LEX Sal. Pipp. 80[tit.] p. 205,27 [rec. E] de affatumiae [afatumiae *E 15*]. LEX Sal. Karol. 48[tit.] de affatomiae [affatomire *K 18*, affa thomiae *K 19*, affatoone *K 79*, fatomię *K 80*]. 48 capit. p. 469 de affatomiae [adfectomiae *K 19*, adfatomire *K 49*]. *v. et infra p. 347,30).* **2** *latius i. q. tradere in hereditatem – als Erbe übereignen:* LEX Ribv. 50,1 omnem facultatem suam . . . cuicumquelibet de proximis vel extraneis adoptare in hereditate vel adfatimi⟨re⟩ (adfatimi *A 1.2.4*, adfatimum *A 9*, adfacimi *A 12*, affitimi *B 10* [*v. app. crit. p. 183*]) per scripturarum seriem seu per traditionem . . . licentiam

[Payr]

habeat (*cf.* 50 capit. p. 61 de adfratimine [*A 4*, agramire *A 3*, adfatimire *A 9.12. B*, adfutimire *B 8*, affatimire *B 19*]. 50,2 capit. p. 61).

***affatimus** (adf-, -fac-, -fad-, -fit- *sim.*), -a, -um. *(cf. franc. vet.* *fathum; *v. Dt. Rechtswb. I. p.443sq.)* **1** *adi.: hereditarius – Erbschafts-:* FORM. Sal. Lind. 13 p. 276,12 *(de donatione inter virum et uxorem)* has duas epistulas adfadimas uno tenore conscriptas inter se fieri vel firmare rogaverunt. **2** *subst.:* **a** *pactus hereditarius – Erbvertrag, Erbeinsetzung (cf. Schröder-Künßberg, Rechtsgesch. p. 73.367):* LEX Sal. Merov. 101,2 si per adfatimus (adfacimus *A 17**) antea non convenerint *vir et uxor.* LEX Ribv. 50,2 quod si adfatimus (adfat mitis *A 5*, ad fatum *A 6.7*, adfatimum *A 9*, adfacimus *A 12*, affatimus *B 15.17*) fuerit inter virum et mulierem. **b** *traditio vel donatio hereditatis – Erbvergabung, Erbschaftsverschreibung:* FORM. Sal. Merk. 24$^{tit.}$ -um. 24 p. 250,19 dabo vobis per hanc -um omni pro portione in loco . . . illo. p. 250,22 quicquid . . . genitor vester . . . dividere et exsequare deberet, vos quoque, nepotes mei, per hanc -um post obitus mei dividere . . . faciatis. p. 250,30 presens -us diuturnum tempore firmus . . . valeat permanere. 25$^{tit.}$ item affitimum. *ibid. al.*

affatio, -onis *f.* **1** *gener. i. q. colloquium – Besprechung, Absprache:* MIRAC. Hucberti 1,6 mutuali consulte instituere -e. **2** *liturg. i. q. oratio – Gebet:* HONOR. AUGUST. sacram. 23 p. 759^{C} ad quam *(lectionem)* genua non flectemus, ne statuam Nabuchodonosor adoremus, ideo ut -o sit separata ab errore gentilium.

*?****affatomia,** -ae *f.* *(ex* affatomire *corruptum ut vid.) (heredis) adoptio – Adoption (eines Erben):* CAPIT. reg. Franc. 142,10 de -e (afatomię *K 35*, afatomie *K 39*) dixerunt (*cf.* LEX Sal. Karol. 48), quod traditio fuisset. *v. et supra p. 346,63sqq.*

***affatuor** (adf-), -ari. (ad *et* fatuus) *hebetari – erschlaffen:* AURELIUS 5 p. 498,19 corpus et anima ad-antur (adfectantur *cod. Augiens. 120*).

affatus, -us *m.* *script.* -att-: *l. 69. form. acc. pl.* -os: *l. 61.66.*

I *proprie:* **A** *strictius i. q. allocutio, sermo, colloquium – Anrede, Zuspruch, Rede, Gespräch:* DESID. CAD. epist. 1,15 quod minus inutilis stili exaravit inpressio, -u latoris praesentium est ore conmissum *eqs.* BEDA hist. eccl. 3,14 p. 155,50 staturā sublimis et -u (affectu *var. l.*) iucundus. EPIST. Bonif. 111 p. 240,30 paternis -bus fraternisque solaciis relevare *servos Dei.* WALTHARIUS 1229 hunc . . . -u compellat valde superbo. HROTSV. prim. 52 -u blando. RUOTG. Brun. 36 p. 37,33 mutuis cum illo . . . -bus. ANNAL. Altah. a. 1043 p. 32,25 nec praesentiam caesaris aut -um meruerunt. VITA Gunth. erem. 10 lacrymabili -u precatur. *al. de allocutione epistolari:* VITAE patr. Iur. 3,10 eum corporaliter cernere aut -u litterario . . . conpellari. *de suadela:* FLOR. LUGD. carm. 2,74 zabuli temptandum -bus offert *Christum.* **B** *latius:* **1** *testimonii dictio – (Zeugen-)Aussage:* CHART. Westph. III 323 (a. 1234) ex -u presentium protestamur, quod *eqs.* **2** *elocutio, dictum – Ausdruck, Wort:* HRABAN. epist. 34 p. 469,7 ut . . . appelleris . . . simul cum propheta angelico -u 'vir desideriorum'. CONST. II 146 p. 180,27 affectus proprios . . . depromere per -us. **3** *usus linguae – Sprache:* LUP. FERR. Wigbert. 30 miraculo -um repente . . . sortitus *mutus.*

II *translate i. q. litterae, epistola – Schreiben, Brief (sing.: l. 62; ceterum plur. sensu sing.):* EPIST. Wisig. 7 p. 669,2 nostre perhennitatis -os nequaquam expectes. FORM. Marculfi 2,42 p. 101,10 nostram extremitatem -u dignabili . . . informare. LIBER diurn. 10 ut datis -bus vestris ad . . . episcopum, quatenus *eqs.* EPIST. Bonif. 80 p. 173,10 erant . . . inserta in eisdem tuis -bus diversa capitula. COD. Karol. 58 p. 583,32 eosdem -os (*antea:* syllabas) infra haec nostra scripta . . . posuimus. 76 p. 607,19 regales vestros suscepimus -us per . . . latorem. CONST. II 215,2 (a. 1239) quin . . . nostre serenitatis affattibus firmaremus. *al.*

affaveo, -ere. *adnuere, assentiri – einwilligen, zustimmen:* CHART. episc. Halb. 461 p. 413,22 (a. 1211) presente et -ente capitulo. 472 p. 420,29 heredum suorum consensu . . . sibi per omnia consonante et in omnibus -ente. 534 p. 480,39 de consensu fratrum . . ., qui sibi in omnibus -bant. CHART. Merseb. 176. *al. in hac regione.* *Payr*

***affectabiliter** *adv.* *studiose – angelegentlich:* HIST. de exp. Frid. imp. p. 92,12 dux vero Suevię . . . dux etiam Christi exercitus est ab omnibus creatus et -r laudatus.

***affectamentum,** -i *n.* *(tradita) possessio – (vermachter) Besitz:* CHART. Laus. 905^{c} p. 725,6 (a. 1238) pro Benedicto Sutore XII denarii *(solebant distribui)* super -um suum, quod est extra portam.

affectatio (adf-, -cio), -onis *f.* **1** *appetitio – Verlangen:* **a** *gener.:* MIRAC. Hucberti 1,5 ferventissima insistens -e. GESTA Camer. 1,74 p. 427,44 episcopus . . . promissorum munerum -e in aliam sententiam flexus. HELM. chron. 83 p. 159,5 ostentacionis -cio multos eorum ad furta . . . propellit. **b** *medic. i. q. pressio – Drang:* TRACT. de caus. mul. 95 p. 55,17 ex ad-em saciantur sanguinis et semen redent. **2** *iur. i. q. traditio, donatio – Übergabe, Schenkung:* FLOD. hist. 3,4 p. 478,5 (dipl. Karoli Calvi) quisquis . . . aliquid habere disnoscitur . . . per quorumcumque . . . -em. CHART. Naumb. 143 p. 125,1 nostre -i idoneos adhibuimus testes. *charta – Urkunde:* CHART. Lamb. Leod. 54 p. 91,16 (a. 1171/78) invadiationis -em . . . in manum domini Amalrici . . . posuit.

*?****affectativa** muotvuilligiu GLOSS. II 154,14 St.-S. (*ad Cassian. inst. 4,24,1* adfectaticia).

affectator, -oris *m.* *appetitor – ein Verlangender:* ALBERT. M. pol. 1,1^{t} p. 13^{b},32 *pravus* est 'belli -r' (*p. 1253*^{a}*,6* ἐπιθυμήτης).

***affectibile,** -is *n.* *quod animi motui accessibile est – das geistiger und seelischer Regung Zugängliche:* ALBERT. M. bon. 155 p. 100,76 est . . . quaedam *amplitudo animi* respectu multorum scibilium et -ium et quaedam respectu magnorum. praedicam. 4,4 p. 229^{b},33sqq. et sic est de affectu ad -e: . . . affectus est affecti ad -e affectus.

affectio (adf-, -ccio), -onis *f.* *script.:* afe-: *p. 349,7.* eff- *(var. l.): l. 60.65. form. abl. sg.* -ona: *p. 349,7.*

I *act.:* **A** *vis – (Ein-)Wirkung:* ALBERT. M. metaph. 3,3,11 p. 188^{a},13 distincta est *substantia* et distinguibilis -bus qualitatum activarum et passivarum. nat. anim. 1,4 p. 12,27 caelum superius est elevatum ab alteratione et -e formarum alterantium et materialium. **B** *usus – Anwendung:* ANNAL. Prag. II a. 1280 p. 197,2 cessaverunt malefactores a . . . tormentorum -e.

II *pass.:* **A** *latius:* **1** *animi motus – geistige Regung:* HRABAN. hom. I 55 p. 102^{A} quatuor namque sunt qualitates -um, quibus cogitatio iusti taedio compungitur, hoc est memoria *eqs.* RUOTG. Brun. 4 p. 5,29 meditatio et . . . exercitationis studium, cum iam penitus omnis huiusmodi -o transiret in habitum (*cf.* EKKEH. IV. cas. 80$^{med.}$ scripsit *Ekkehardus* . . . vacillanter quidem, quia in -e, non in habitu puer. WOLBERO cant. 1 p. 1033^{D} habitus . . . augmentata -o dicitur). EMO chron. p. 521,10 hee vires *(sc. rationabilitas, irascibilitas, concupiscibilitas)* etiam dicuntur -es naturales. WOLBERO cant. 1 p. 1033^{D} dispositio vero, quam etiam -em dicunt, est . . . amplificata passio. ALBERT. M. praedicam. 5,2 p. 247^{a},10 -es vero dicuntur sive dispositiones, quando subiectum non nisi aliqualiter est affectum *eqs.* p. 247^{a},15 tales . . . -es (*p. 8*^{b}*,35* διαθέσεις) sunt facile . . . permutabiles. *al.* **2** *mens, ingenium – Gesinnung, Sinnesart:* FORM. Marculfi 1,1 p. 39,7 -ccio (effecio *B*) caritatis vestrae. DIPL. Heinr. IV. 246 p. 312,19 quos . . . per -em cognationis diligimus. DIPL. Heinr. V. (Mon. Boica XXIX 1 p. 244,24) ut . . . nostrae benevolentiae piam ac devotam cognosceret -em. CHART. Tirol. 1036 p. 82,14 pia mentis -e. **3** *voluntas, contentio – Wille, Streben:* LEX Baiuv. 1,12 castitatis . . . -o (effectio, -tus *var. l.*). FORM. extrav. I 13 p. 542,7 -ccio peccandi. **B** *strictius:* **1** *gener. i. q. animi concitatio, passio – Gemütserregung, Affekt:* HILDEG. phys. 3,52 hyffa valde calida est et -em signat. HONOR. AUGUST. cant. 5,2/3 p. 435^{C} pedes animae sunt -es, quibus ad quaeque desideria transfertur . . ., quae sunt concupiscentia, timor, gaudium, dolor (*cf.* WOLBERO cant. 3 p. 1224^{A}. ALBERT. M. bon. 119 p. 79,45 gaudium,

[Sroder]

spes, dolor, metus ... omnium harum -um radix est amor. DAVID compos. 3,28,1 septem autem sunt -es mentis communiter: spes et timor, gaudium et moeror, amor et odium et pudor). ALBERT. M. sacram. 117 p. 81,70 dolor -o ... est ex conceptu rationis. *al.* 2 *spec. i. q. propensio, dilectio – (Zu-) Neigung, Liebe:* CHART. Sangall. A 247 (a. 820) amantissime et unica afecciona colende (250 adfeccione. 260 affecciona. *v. et p. 364,34sq.*). RIMB. Anscar. 7 p. 27,29 dulcissima -e. CHART. episc. Hild. II 298 maritali -e. ALBERT. M. cael. hier. 7,1 p. 159[a],32 *(de amore)* cum -o etiam sit in brutis. *al. in allocutione:* RIMB. Anscar. 1 p. 20,8 divinam clementiam ... vestra quoque nobiscum collaudet -o.

affectivus, -a, -um. 1 *vim afferens, movens – Einfluß ausübend, bewegend:* ALBERT. M. cael. hier. 7,1 p. 159[b],39 est tamen *speculatio* minus digna affectione, in qua perficitur motus intellectus -i. p. 160[a],2 visio illa *(sc. summi boni)* ... non est pure speculativa, sed -a. p. 160[a],25 de potentia -a sive motiva. herm. 1,2,1 p. 382[a],8 imago *significationis* potest esse -a et movens ad immutationem *eqs.* eth. 10,3,1 p. 635[b],9 intellectum -um et practicum. nat. anim. 2,14 p. 39,79 de parte ... animae, quae vult et operatur, quae pars -a vocatur. *c. gen.:* RUP. TUIT. off. 8,8 p. 224[D] scripturarum ... intelligentia lamentorum sive luctus causa est -a. 2 *in mente exsistens – im Geist vorhanden:* RUP. TUIT. spir. 1,3 p. 1573[C] filium verbum patris dicimus ..., non utique verbum -um ..., sed substantiale verbum. 3 *studiosus – angelegentlich:* CHART. Austr. sup. III 556 p. 517,17 (a. 1280) precibus -is. 4 a *ad passionem pertinens – die Empfindung betreffend:* ALBERT. M. animal. 11,87 sua -a cognitio ignobilis est ..., eo quod ipse non concipit res ... sine turpitudine affectus. CONR. SAXO spec. 12 p. 167,10 duae vires animae, videlicet intellectiva ... et -a, quae sequitur per dilectionem. b *devotus – liebevoll:* VITA Macar. 30 (MGScript. XV p. 617,30) exceptus ... -a veneratione fidelium. CHART. Turic. XIII 1710[a] flagrantiam suarum orationum ... -am.

adv. ***affective.** 1 *studiose – angelegentlich:* CARM. Cantabr. 3,8[a],8 -e ... omnium subditorum querit utilitates. 2 *concitate – erregt:* ALCUIN. epist. 156 p. 254,35 haec locutus sum non tam ordinate ..., sed tam -e, quam intima cordis conpunctio exegit.

affecto (adf-), -avi, -atum, -are. *script.* -fet-: *l. 51. depon.: l. 53.61. adde* VITA Greg. Porc. I 3.

1 *(studio) amplecti – (mit Eifer) erfassen:* a *(viam) adire – einschlagen:* LAMB. HERSF. annal. a. 1076 p. 280,19 *(in imag.)* in cervices ... viam gladio suo -at. b *appetere, persequi – erstreben, zu erreichen suchen:* ANNAL. Einh. a. 769 regnum (ANNAL. Sangall. IV a. 1032 r. Burgundionum tamquam haereditatem. LAMB. HERSF. annal. a. 1057 p. 71,16. *al.*). HROTSV. Theoph. 81 iuris pompas. CARM. imag. 21,9[B],3 rudis ... populus ... dum -at Mosaica. CHART. Rhen. med. I 307 p. 359,20 Thiefridum ... connubialis vinculi sociatum affetasse. COSMAS chron. 2,18 p. 110,15 quem ... ut sensit magis -arier laicalem quam sacre doctrine militiam. ANNALISTA Saxo a. 1104 p. 739,2 simoniace episcopatum -are. OTTO FRISING. chron. 3,27 p. 161,4 martyrium. gest. 2,13 p. 116,9 libertatem. CHRON. reg. a. 1130 p. 67,16 (rec. I) papatum. HELM. chron. 22 p. 45,19 contentiones. HEINR. LETT. chron. 10,3 p. 35,3 Christianorum ... salutem. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 173,4 *falco* sibi -bit cibum. *al. c. inf.:* VITAE patr. Iur. 3,23 p. 165,6 perficere -amus. ERMENR. Sval. 10 p. 161,36 nec ... -or plus commendari. VITA Liutb. 6. THEOD. CERV. chirurg. 2,21 p. 152[A]. *al. pendet* ut: CHART. archiep. Magd. 371 p. 487,8 (a. 1164/80). c *aestimare – schätzen:* PS. CALID. (?) alleg. p. 191[a],25 aqua est a me plurimum -ta. *absol. i. q. cupiditate ardere – Leidenschaft empfinden:* RECEPT. Bamb. 70 p. 77,7 ad eos qui non -ant. 2 *afficere – behandeln:* a *fovere – hegen:* WILLIB. Bonif. 1 p. 4,29 magna ... dilectatione ... ad-us est a patre. b *satisfacere – zufriedenstellen:* HEIRIC. Germ. I 2,64 escis, quis avidum ad-ant humana inventa saporem. c *affligere – heimsuchen:* ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 894 p. 126,12 filius ... eodem modo *(sc. morbo)* ... -tus est. DIPL. Otton. III. 260 tristitia -amur. *v. et p. 347,34sq.* 3 *iur.:* a *tradere – überlassen, vermachen:* CHART. select. Waitz 6 p. 12,22 (a. 1068) unam coppatam sancte Marie ... -vi. CHART. Lamb. Leod. 33 p. 54,1 duos mansos ... -vi fratribus. p. 54,6 quod reliquum est de allodio ..., ad altare -vi. CHART. Lux. II 266 p. 288,7 ut ipsam decimam ... meo sororio legaliter -ret. CHART. Naumb. 143 p. 124,46 (dipl.) curiam ... ecclesie ... libere -asse. *al. v. et p. 363,47sq.* b *assignare – zuweisen:* CONST. I 159,5 p. 222,13 (a. 1156, interp. ?) libertatem habeant ... ducatum -andi cuicumque voluerint *(cf. H. Mitteis, ZGRGerm. 65. 1947. p. 320. F. Dölger, DtArch. 8. 1951. p. 238).* c *probare – billigen:* BREV. NOTIT. p. A 11,19 hoc ... nobilissimo viro -ante. CHART. episc. Hild. III 184 concambium tale ... diligo et -o. 4 a *admovere – heranbewegen:* GISLEB. ELN. inc. 2,299 *sexus muliebris* simul incertos studet -are lacertos. b *refl. i. q. favorem sibi conciliare – sich gefällig erweisen:* RUODLIEB II 50 miles ... -ans sese cunctis, valet ut, studiose.

adi. **affectatus**, -a, -um. 1 *exoptatus – erstrebt:* RUP. TUIT. spir. 1,3 p. 1573[C] -am rationem. RAHEW. gest. 3,33 p. 207,6 male -ae laudis avidi. 2 *elaboratus – durchgeformt:* EPIST. Hann. 105 p. 176,6 quippe huic scripto ... nec -ę illius elegantię ita multum deesse videam. 3 *submissus – demütig:* DAVID compos. 3,18,2 ne *humilitas* nimis abiecta vel -a reputetur. *fort. add.:* CHART. Ger. Col. 70 p. 66,25 (a. 1218) sub af(fectata ?) ob(edientia ?).

adv. ***affectanter.** *instanter – nachdrücklich:* AMALAR. off. 3,39,2 ut -r nobis ad memoriam reduceret aegrotantem Iob.

affector, -oris *m. qui studiose diligit – eifriger Diener:* NOTAE Gembl. (MGScript. XIV p. 595,40) ut votorum suorum *(sc. Dei)* exsecutores et -es existerent.

***affectualis**, -e. 1 *latius:* a *ad animi motus pertinens – geistige und seelische Regungen betreffend:* WOLBERO cant. 1 p. 1027[C] potest ... incrementum bifariam dividi, ut dicatur incrementum naturale, incrementum -e ...; porro -e soli rationali creaturae ... tribuitur. 3 p. 1223[D] nascuntur quoque ex hac materiali constitutione quatuor -es qualitates *(sc. irascibilis, risibilis, concupiscibilis, rationabilis).* p. 1224[C] duas constituimus quadrigas, materialem scilicet et -em. DAVID compos. 3,29,4 -is virtutis, quae est perfectio vitae activae et ingressus ordinatus contemplativae *(cf. 3,29,5).* b *ad mentem pertinens – zur Gesinnung gehörig:* BERTH. RATISB. serm. 16 p. 86,21 per plenum frumentum medulla *(i. -am)* -is virtutis ... designat *Dominus.* 2 *strictius i. q. propensus – geneigt:* CHART. Eichsf. 196 (dipl. Otton. IV.) omni promotioni sue ... semper intendemus -i diligentia.

***affectuositas**, -atis *f. propensio – Zuneigung:* GESTA Halb. p. 112,8 cum ... *episcopum* cum multe -is honorificentia suscepisset. p. 115,26 quanta -e ipse eos pertractasset.

affectuosus (adf-), -a, -um. *script.* afe-: *l. 51.62.*

1 *propensus, devotus – geneigt, ergeben:* FORM. Marculfi 2,46 p. 102,22 ad-am (afe-, affe- *var. l.*) beatitudinis caritatem. THANGM. Bernw. 6 p. 760,43 imperatori -issimo animo ... obsequebatur *(cf. 18 p. 766,51* -issimo obsequio). CHART. archiep. Magd. 288 orationis atque servicii -am exhibitionem. *al. clemens – gnädig:* CHART. civ. August. 6 p. 6,13 (a. 1246) ut ... -a et liberalis nostra concessio ... stabilis maneat. 2 *studiosus, attentus – eifrig, angelegentlich, bedacht:* DIPL. Otton. III. 90 p. 500,22 erga religiosos cultus -i ... fuerant *progenitores nostri.* VITA Wern. Merseb. 2 p. 247,34 supra homines -issimo Christi cultu ferebatur. CONST. I 327 grates -as ... recepturi *(cf.* CHART. Sangall. B 419 -as preces). *c. inf.:* ACTA imp. Winkelm. I 687 p. 542,34 (a. 1242) afe-i quidem contra hostes ... potencialiter preliari. *vehemens – heftig:* WIPO gest. 39 p. 59,16 cum lacrimis valde -is. EPIST. Hann. 80 p. 130,11 -o suspirio. 3 *acceptus, amabilis – angenehm, liebenswert:* GEBEH. AUGUST. Udalr. p. 592,5 grata luculentas una cum -a proceritate conveniens. CONR. SAXO spec. 4 p. 44,5 Maria ..., nomen istud -issimum et dulcissimum. p. 47,1 Maria -issima fuit per caritatem. 4 *affectibus favens – Gemütsbewegungen fördernd:* ABSAL. serm. 19 p. 114[D] legere debent scripturas sententiosas pariter et -as, quibus intellectus et affectus simul nutriatur.

[Sroder]

adv. **affectuose.** **1** *benigne, devote – liebevoll, ergeben:* Rud. Fuld. Leob. 20 solito -ius in amicam irruit. Thangm. Bernw. 2 p. 759,10 -issime ab illo susceptus est. Ps. Adalb. Bamb. Heinr. 3 p. 819^{b},18 *imperatorem* -issime salutavit. Albert. M. epist. Dion. 11^{B} p. 1024^{a},13 -e arguens de praeterita erroris pertinacia. *al. clementer, liberaliter – gnädig, großzügig:* Epist. Meginh. 23 p. 218,5 licentiam vobis ... absolute ... et -e concessam. Dipl. Loth. III. 20 p. 30,6 loco dilectionem protectionem ... -ius impendere. Chart. Turic. 292 p. 176,34 predium ... voluntarie et -e donavimus. Gesta Halb. p. 112,12 cancellarius basilicam ... tam -e quam sollempniter dedicavit. *al.* **2** *studiose, attente – eifrig, angelegentlich:* Epist. Heinr. IV. 37 p. 48,16 -issime rogare. Chart. Welt. 3 facta ... -e inchoasse. Otto Frising. gest. 1,1 p. 13,15 iniurias ... -e conqueritur. Chart. Stab. 272 p. 513,6 eam *(matrem Domini)*, quam in terris -e venerantur, advocatam in cęlis effectuose habere (*cf.* Transl. Auct. 16$^{med.}$ cum haec omnia tam -e quam effectuose consummasset). Frid. II. Imp. art. ven. 3 p. 5,7 *falco* insequitur -ius columbos. *al.*

affectus, -us *m. (f.: l. 45.46) script.:* afe-: *l. 55.* eff- *(var. l.): p. 352,11.25sq. form. dat. sg.* -o (?): *p. 352,2.*

I *de animo, habitu (fere de anim.; de rebus: l. 29sq.):*

A *latius:* **1** *animi motus – geistige Regung:* Hraban. carm. 39,82 reddemusque de omnibus rationem -bus *Domino.* Walahfr. carm. 5,4 miris ... stupens -bus. Albert. M. resurr. 80 p. 287,73 alae autem animae sunt intellectus et -us. animal. 1,126 naturales hominum inclinationes -uum. 3,121 tales habent stabilitos conceptus et ordinatissimos -us. *al. de rebus:* Mus. Enchir. 19 p. 172^{b},15sqq. -us rerum ... oportet ut imitetur cantionis -us. Poeta Saxo 5,10 nil fingere mestum est opus, -us res habet ipsa suos. *sententia – Meinung:* Const. II 21 p. 26,21 (a. 1198) post varios tandem -us ... vota nostra ... concurrerunt. **2** *mens, ingenium – Sinnesart, -äußerung:* Aldh. virg. I 36 p. 281,3 ut ... ferreos iuvenculi -us ... inclinarent. Radbert. Adalh. 64 -u qualis fuerit intimare. Chart. Sangall. A 284 malo preventus -u. Agius epic. Hath. 706 sicut in -u, sic et in officio. Ruotg. Brun. 33 p. 34,22 cuiuscumque -us sive conditionis homines. Thangm. Bernw. 28 p. 771,36 legatum ... vario -u excipiunt. Otto Frising. gest. 2,25 p. 129,1 cum Babilonicis, qui -u, non loco fugiendi sunt. Albert. M. animal. 8,239 cantus *avium* ... sunt -us delectationem magis quam conceptus aliquos significantes. Iocalis 337 dicitur -us effectum sepe tueri. *al. c. gen. explic.:* Aldh. ad Acirc. 4 p. 75,1 fraternitatis -us. Hugeb. Willib. 1 p. 88,15 magna devotionis -u. Wynneb. 7 p. 112,19 per blandam suae pietatis -um. Dipl. Heinr. III. 160 dilectionis. Dipl. Loth. III. 53 p. 85,14 compassionis. *saepe.* **3** *voluntas, studium, contentio – Wille, Eifer, Streben:* Vitae patr. Iur. 1,3 p. 133,28 pertrahente imitationis -u. Aldh. virg. I 6 p. 233,8 *(de apibus)* ultroneum videlicet voluntariae servitutis -um. Beda hist. eccl. 5,12 p. 310,13 ob magnum castigandi corporis -um. Wett. Gall. 2 p. 258,17 toto mentis -u (*cf.* Trad. Frising. 701 p. 848,11 voluntatis. Hrotsv. lib. 1 praef. 1,5 intentionis). Trad. Lunaelac. 59 p. 35,22 ad ... monasterio trado ... pro afectu iam dicti monasterii. Dipl. Loth. III. 42 p. 69,38 eius laudabilem -um commendantes et confirmantes. Chart. ord. Teut. (Thur.) 323 in -u habens alienacionem ... ecclesie. Albert. M. bon. 68 p. 42,22 ponitur -us pro intentione directa per fidem. *al. opp.* effectus (*cf.* Godesc. Saxo gramm. 2 p. 420,18 -us est voluntas et desiderium, effectus est profectus et aliquando profectio): Dipl. Otton. I. 11 p. 98,27 -um ad nos confugientium perducere ad effectum. Chart. Welt. 3 p. 104,25 eius pius -us effectum habere ... non potuit. Conr. Hirs. dial. 1783 etsi desit ... effectus, ad haec tamen ... assequenda delectatur -us et aspectus. *al. v. et l. 43. p. 352,15.22.*

B *strictius:* **1** *gener. i. q. animi concitatio, passio – Gemütserregung, Affekt:* Hraban. hom. I 9 p. 21^{C} quatuor -bus animi, id est metu, cupiditate, tristitia et gaudio afficimur. (*cf.* Caes. Heist. hom. exc. 279 spes, timor, gaudium et dolor. Albert. M. bon. 119 p. 79,43). Albert. M. sacram. 116 p. 80,66 dolor magis ad -um pertinet quam ad rationem. *al.* **2** *spec. i. q. propensio, dilectio – (Zu-)Neigung, Liebe:* Ionas Bob. Ved. 5 si fides vestra meo commitaretur -o *(cf. app. crit.).* Aldh. virg. I 57 p. 317,10 compatientis -u, non castitatis defectu. Hugeb. Wynneb. 10 p. 114,46 -u ... sui confessoris. Capit. reg. Franc. 157 propinquitatis -u. Dipl. Ludow. Germ. 26 p. 32,9 paterno ac regali -u. Gunth. Col. diab. cap. A 7 suo viro ... fide, -u ac dilectione coniugali sociata est. Agius epic. Hath. 390 geminum ... -um caelitus ingenitum, carneus est unus, alter divinus. vita Hath. 19 p. 173,19 vester ... erga eam -us et devotio. Capit. reg. Franc. 284 p. 368,5 sacerdotalis -us (eff-*1*). Dipl. Karoli III. 15 p. 23,8 fidelium ... petitionibus pio -u consulimus (*cf.* Dipl. Arnulfi 125 p. 185,24 fidelium ... pio -ui consulimus). Walth. Spir. Christoph. I 16 ut vobis deorum placabilis reddatur -us. Epist. Worm. I 47 p. 85,4 devotionis effectu, ne dicam -u recreari. Narr. de rel. Scafhus. 1 p. 955,10 papa ... materno angebatur -u. Chart. Naumb. 301 hereditario -u. Albert. M. sacram. 253 p. 166,22 uxorius -us. *saepe. meton. i. q. homines dilectione coniuncti – freundschaftlich verbundene Menschen:* Bruno Magd. bell. 46 p. 45,11 fratres ... fuere diversi ... et alii -us erant contra se divisi.

II *effectus – Verwirklichung, Erfolg (fort. per quandam confusionem; cf.* Gloss. I 174,39 St.-S. irritum ... sine -um ana fruma): Aldh. virg. I 18 p. 248,1 congruis ... operum -bus concurramus. Lex Alam. 1,2 -um (eff- *var. l.*) quod inchoavit, non obteneat (*sim.* Chart. Bund. 17 p. 22,14 [eff-D^{3}]. Trad. Lunaelac. 1 p. 2,6). Form. Augiens. A 13 p. 345,18 nullum sortiatur -um. Trad. Ratisb. 57 -um commutationis pandere. Antidot. Glasg. p. 100,23 firmiorem habuissem -um. Dipl. Otton. II. 140 p. 158,1 benignum concedere -um. *al. propositum – Vorhaben:* Form. Augiens. A 14 p. 345,32 -um, quem incoavit, nullatenus valeat perficere. 15 p. 345,43 conatum -us sui obtinere. *al. facultas (efficiendi) – Fähigkeit:* Vita Berth. Garst. 29 p. 481,45 erga daemoniacos non mediocri erat praeditus liberationis -u. *v. et* effectus.

***affeodatus,** -a, -um. (ad *et* *feodum) *pro feodo datus – zu Lehen verliehen:* Chart. Bern. II 700 (a. 1270) duas scoposas, quas -as habeo ... a domo sancti Iohannis.

1. affero (adf-), attuli (adt-), allatum (adl-), -re. *script.:* afe-: *p. 353,2.* auf-: *p. 353,41.* off- *(var. l.): l. 65. p. 353,14.* -feretur: *p. 353,22.* -tull-: *p. 353,4.* ablat(us): *l. 55.60. p. 353,51. form.: ind. praes.* adferit: *p. 353,42. perf.* adferuit: *l. 49. depon.: p. 353,24.*

I *proprie i. q. apportare – herbeitragen, (hin-, mit-)bringen:* **A** *obi. res:* **1** *corpor.:* **a** *strictius:* Aldh. virg. I 38,1 divinitus -ta epularum stipe. Beda hist. eccl. praef. p. 6,24 epistolas ... nobis nostrae historiae inserendas adtulit. Cod. Karol. 14 p. 511,22 missus ... nobis supernae gratiae munus adferuit ([attulit *var. l.*]. Cand. Fuld. Eigil. II 12, 38 m. ad altar ... -tum). Dipl. Karoli M. 170 p. 228,39 episcopus ... adtulit obtutibus nostris quandam traditionis cartam (*cf.* Trad. Frising. 227. Conc. Karol. app. 9 p. 848,14 adlata est coram rege et optimatibus eius traditio). Annal. Fuld. II a. 796 thesauri sublati et Carolo in ... palatio -ti (ablati *3*) sunt. Notker. Balb. gest. 1,25 ad -enda terribilia sacramenta processit (*cf.* Gerh. August. Udalr. I 4 p. 392,16 rite ... sibi -to *chrismate et oleo*). Poeta Saxo 5,374 venantum que labor -lerat. Gerh. August. Udalr. I 14 p. 404,9 reliquias, quas episcopus secum -lerat. Conc. Rem. app. (MGScript. III p. 686,38) ablatus est nobis libellus. Otto Frising. gest. 1,58 p. 82,22 orthodoxorum patrum, quas ... -lerat, ... auctoritates. *saepe. in imag.:* Walahfr. Wett. 199 noctis ... rotam Hesperus -rt. carm. 38,2 fama tui ... mihi nominis auram -lit. Vita Burch. Worm. 17,40 holocausta medullata in ara occulti cordis ... -re (offerre *2; cf. Vulg. psalm. 65,15* offeram). *al. c. sensu transferendi:* Nadda Cyriac. I 28 lipsanę ... -tę sunt in via Ostensi in predium sancti Cyriaci. Excerpt. Altah. a. 851 (MGScript. IV p. 36,9) archiepiscopus sanctum Hermetem ad Saltzburch -lit. *c. sensu importandi:* Trad. Frising. 1045 (a. 908) de orientali ... vino huc -to. **b** *latius:* **α** *solvere, attribuere – bezahlen, beitragen:* Trad. Frising. 1487^{b} (a. 1078/98) si ...

[Sroder]

censum per duos annos non -at. DIPL. Otton. II. 321 (spur. s. XII.) quaevis curia suam porcionem aferat. β *(in dotem) conferre – (als Mitgift) einbringen:* LEX Alam. 54,1 quidquid *uxor* de sede paternica secum adtulit (adtullit *1.10.12*). LEX fam. Worm. 1 quod ... mulier secum ad maritum adtulerat. *al.* γ *tradere – (als Geschenk) überlassen:* FORM. Sal. Merk. 4[a] p. 242,9 si aliquod ... locis sanctorum ... in substantia pauperorum adferimus. CATAL. biblioth. Lehm. I 52 p. 256,2 presbyter -lit librum. δ in publicum -re *i. q. publicare – veröffentlichen:* BERTHA Adelh. 2 p. 756,34 opus ... dignum in publicum -ri. **2** *incorpor.:* **a** *strictius:* VITAE patr. Iur. 3,11 p. 158,29 iussionem. HROTSV. Abr. 9,1 num mihi aliquid -rs gaudii? OTTO FRISING. gest. 2,25 p. 127,29 preces -imus (off- *A*). *al.* **b** *latius:* α *docere – lehren:* BEDA hist. eccl. 2,13 p. 112,20 si haec nova doctrina certius aliquid -lit. β *nuntiare – melden:* ANNAL. Einh. a. 775 p. 43,17 quod cum regi fuisset adlatum. WILH. HIRS. const. 2,5 p. 1046[C]. *al.* γ *commemorare – erwähnen:* TRAD. Frising. 421 (a. 819) venit iam -tus presbiter. 452 ad iam -to domo. WIPO gest. prol. p. 7,25 si quid in his, quod honestum sit, -atur. *al.* δ *exprimere – äußern:* TRANSL. Viti 24 dum dubitacio -eretur. **B** *obi. anim.:* **1** *strictius:* BEDA hist. eccl. 4,9 p. 223,4 haec *(femina)* ... postulavit se illo adferri. VITA Lamb. Traiect. 26 (MGMer. VI p. 381,10) -tus est *(cf. app. crit.)* Dominus contractum in loco illo. *al.* **2** *latius:* **a** *adducere – herbeiführen:* ALDH. virg. I 46 quae *(virgunculа)* ante theatrales spectaculi clatros cruentis carnificum manibus -ta. WETT. Gall. 17 p. 266,9 mulum. WALTHARIUS 404 si quis mihi Waltharium fugientem -at evinctum. *al.* **b** *(in ius) vocare – (vor Gericht) ziehen:* CONC. Karol. 36,22 iudicetur, utrum ad iuditium domini ... aut ad istam ... synodum adferantur.

II *translate:* **A** *inferre – zufügen, einflößen:* PASS. Afrae I 1 cum ... resistentibus gloriosae passiones adferretur mors. VITAE patr. Iur. 3,7 p. 148,3 oratio ... fratribus adtulit (adprotulit *1*) ... cautelam. HROTSV. Pafn. 1,21 quae vobis minimum -unt delectationis. WIDUK. gest. 3,70 (epist.) iniurias. THIETM. chron. 8,2 omne ... plus damni subsequentis quam boni precedentis -lit. *al.* **B** *efficere – bewirken:* LEG. Wisig. 9,1,4 si ... causam pretendens moras -re voluerit. 10,2,6 quamcumque dilatione ... -re (auferre *E 2*). EPIST. Merov. 17 p. 465,26 felix tristicia, quae gaudium adferit angelorum. WETT. Gall. 3 p. 259,19 lucrum animarum. DIPL. Karoli III. 35 p. 59,18 augmentum. TRANSL. Libor. I 3 aer ibidem ... citius ... maturitatem -re consuevit. *al.* *seq.* ut: EPIST. Wisig. 2 p. 662,16 eventus adtulit, ut me magis flere libeat. *c. sensu generandi:* WALTH. SPIR. Christoph II 2,222 quos *(flores)* cum vere Favonius -rt. *refl. i. q. fieri – sich bilden:* VITA Aniani 5 (MGMer. III p. 111,12) tantus se membrorum ... adtulit vigor. **C** *praestare – leisten:* LEX Baiuv. 15,3 si quis ... se quasi auxilium -turus (abl- *L*) ingesserit. THIETM. chron. 7,41 urbi solatium. OTTO FRISING. gest. 1,53 p. 75,26 pro argumento iuramentum -re. *al.* **D** *transferre – übertragen:* CHART. Pomm. A 324 p. 691,21 (a. 1243) iura debent -re in Stetin.

subst. **allatus**, -i *m. qui adductus est – ein Herbeigebrachter:* EKKEH. IV. cas. 133[med.] propter -um ... vestrum tunica ... decorum.

2. affero *v.* aufero.

***affestuco** *v.* *abfestuco. **affeto** *v.* affecto.

***affibulārium**, -i *n.* *quod fibulae appensum est – Anhängsel einer Spange:* GESTA Ern. duc. II 39 p. 247,27 fibula ... aurea lapidibus Indiae rarissimis ... praefulgura cum suis -is de auro mundissimo contextis.

afficio (adf-), -feci, -fectum, -ere. *script.:* atf-: *p. 354,42.* eff- *(var. l.): p. 354,21.* off- *(var. l.): p. 354,17.* *form.: stirp. praes.:* -fecetur: *p. 354,9.* -fit-: *p. 354,3.* -cirent: *p. 354,2.* *stirp. perf.:* -fic-: HRABAN. cruc. 1,17 p. 215[A] (vs.). *?depon.: p. 354,9.*

I *in statum redigere – in einen Zustand versetzen:* **A** *in malam partem:* **1** *affligere, vexare – heimsuchen, quälen:* **a** *c. abl.:* CHRON. Fred. 4,11 p. 126,29 multis cruciatibus adfectus *propheta* (*cf.* MARIAN. chron. a. Chr. 263 p. 517,59 ut eum ... penis -cirent). ARBEO Emm. 23 pro Christum contumeliis -ti (affitiantur *A 4[a]*). EIGIL Sturm. 18 multo moerore. EINH. Karol. 17 p. 21,15 nullo gravi damno ... a Mauris Italia ... adfecta est. HROTSV. Pafn. 1,2 licet ... maiestas -i non possit iniuriis. MARC. VALER. buc. 1,3 exesis miserum pecus -is herbis. *saepe.* **b** *sine abl.:* CHRON. Fred. 3,83 p. 116,4 *Sedegunde* benigniter recepta, quem postea Goaesinde adfecetur. BEDA hist. eccl. 1,14 p. 29,17 Brettones fames ... magis magisque -ens. MIRAC. Pirmin. 8 p. 33,8 vita ... -ta diverse cruciatur. OTTO FRISING. chron. 8,25 p. 431,3 tormentum ignis ... -ens, non reficiens. *al.* **c** *refl.:* RUOTG. Brun. 46 p. 49,33 se ... interno dolore cordis -ecit *Folcmarus.* CARM. Cantabr. 30[a],4[b],4 nupta ... se ... in lacrimis -erat. **2** *detrectare, nocere – Abbruch tun, schaden:* EPIST. Wisig. 4 p. 666,1 *epistolae* nihil enim glorię vestrę -unt (off- *M 1.2*). FORM. Marculfin. 2,13 mihi paupertas et infirmitas -ere. **B** *in bonam partem i. q. extollere, fovere – erheben, begünstigen:* **1** *c. abl.:* RADBERT. Adalh. 14 auditorem tanto -ens fructu. EINH. Karol. 25 p. 30,9 doctores ... magnis adficiebat (eff- *var. l.*) honoribus. OTTO FRISING. chron. 8,33 p. 453,19 interna ... dulcedine suaviter -antur. *al.* **2** *sine abl.:* PRUD. TREC. annal. a. 852 p. 41,26 Karolus fratrem ... honorifice -it. **3** *refl.:* RUOTG. Brun. 42 p. 45,2 gloria ... sese invicem ... -erunt. **C** *in neutram partem i. q. tangere, commovere, instruere – berühren, bewegen, versehen:* **1** *c. abl.:* HRABAN. hom. I 9 p. 21[C] quatuor affectibus animi ... -imur. OTTO FRISING. chron. 8,33 p. 451,17 virentibus campis ... sensus eorum refici et -i. ANNALISTA Saxo a. 815 p. 571,30 recurrit inperatorem mirando -turus nuncio. ALBERT. M. praedicam. 5,2 p. 247[a],28 -itur homo quodammodo tactu metaphorico. metaph. 3,3,11 p. 188[a],42 substantias ... in materia qualitatibus sensibilibus -i. euch. 3,1,8,5 p. 274[a],38 cibus ... calore membri vivifico est -us. *al.* **2** *sine abl.:* ALBERT. M. praedicam. 5,2 p. 247[a],12 subiectum non nisi aliqualiter est -tum. p. 247[a],47 talis ... affectus ... -ens quemcumque. nat. anim. 1,4 p. 12,32 forma ... nec vere -it vel figurat ipsum *(sc. caelum). al.* **3** *c.* ad: AMALAR. ord. antiph. 1,11 p. 21,6 tale aliquid ... audientem ... -at ad sequendum.

II *efficere – errichten, entstehen lassen:* CHRON. Fred. 2,36 p. 61,1 nobelissima in Gallea Cisalpina atficetur *(cf. app. crit.) Aventicum civitas.* FRUTOLF. (?) rhythmimach. 1,14 p. 180,16 numeris, qui multiplicati aut iuncti medium -ant.

adi. **affectus**, -a, -um. **1** *debilis – schwach:* HUGEB. Wynneb. 9 p. 113,34 membra ... iam adfecta ... mortem manifestabant. **2** *acerbus – schmerzlich:* CAES. HEIST. Engelb. 2,16 p. 277,15 tanto magis iniuria est -ior, quanto proximus est, qui fecit. **3** **a** *inclinatus – geneigt:* LIBER diurn. 62 ut ... -iorem eius sanctitatem erga vestram eminentiam efficiant. CHART. Mog. A 451 p. 358,23 (dipl.) ut ... -ior ... affectus in nos accresceret. **b** *studiosus – eifrig, ergeben:* EPIST. Hann. 48 p. 93,23 quam -e, putas, insudaverim nisu sedulitatis. *c. gen.:* ANNALISTA Saxo a. 815 p. 571,21 contigit eum ... venandi -um ... tentorium fixisse. **4** *apertus – zur Schau gestellt:* AMALAR. interpr. 27 p. 301,26 quae -a bonitate hominibus placent, timemus, ne ... occulto Dei iudicio dispiciantur. *Sroder*

***afflicto** (afi-), -avi, -are. (ad *et* *fictum, *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. III. p. 495*) **1** *pensioni subicere – mit Pachtzins belegen:* ACTA imp. Winkelm. I 34 p. 28,26 (a. 1209) ut liceat vobis ... homines vestros -are. **2** *(servitium quoddam) pensione compensare – (eine Dienstleistung) durch eine Abgabe ersetzen:* CHART. Tirol. 672 p. 133,10 (a. 1215/18) *vilicus* afictavit operas suas in II urnis vini.

***affictum**, -i *n.* (*cf.* *fictum, *affictare*) *acc.* -um *v.* *affictus. **1** *census, pensio – (Pacht-)Zins, Pacht(geld):* HONOR. III. registr. 282 pro -o dabunt domino pape ... quadraginta libras ... annatim. CHART. Ital. Ficker 435 castrum ... cum ... possessionibus, -is, serviciis. **2** *pactum, conductio – Pachtvertrag:* CHART. Tirol. 1199 (a. 1246)

[Schneider]

datum consignatum hoc -um (-u *A*) ... in domo canonice plebis.

***affictus,** -us *m.* (*cf.* *fictus, *affictare) *census, pensio, solutio – (Pacht-) Zins, Pacht(geld), Abgabe:* CHART. Tirol. 985 (a. 1233) de qua *(gereitte)* ... dat ad -um annuatim decem solidos. 1151 p. 192,39 in ... proprietatibus, -bus. p. 195,9 fictus et omnis -us, qui haberi posset ..., in comune totius capituli permaneant. 1210. INNOC. IV. registr. B 126 p. 107,32 -um prestare. REGISTR. Trident. III 22 p. 250,19. CHART. Pruss. II 355 p. 240,25 tertiam partem omnium fructuum ... in ... proventibus, redditibus et -bus de iudiciis.

***affidamentum,** -i *n. script.* -dha-: *l. 21. sollemnis promissio tutelam securitatemque praestandi – feierliche Schutz- und Sicherheitsgarantie:* CHART. Bund. 504 p. 20,8 (a. 1204) bestie *(sc. in alpe)* ... debent esse in -o ipsorum ... cum illis hominibus, qui fuerint cum ipsis, et cum rebus eorum. p. 20,11 hoc -um dedit per illos homines. 840 p. 288,4 dedit firmam fidanciam seu firmum -um in personis et rebus (*sim.* p. 289,3). ALBERT. MIL. temp. 274 p. 532,4 habito personarum -o (*inde* SALIMB. chron. p. 473,15 affidhamento).

***affidatura,** -ae *f. tributum pro tutelae securitatisque praestatione solvendum – Schutz- und Sicherheitsgebühr:* ACTA imp. Stumpf 530 p. 744,5 (a. 1195) ut ... ambulare, pascere ... possint per totam terram Bari ... securę ... et libere sine -a, prętio vel data. ACTA imp. Winkelm. I 307 p. 276,12 confirmavit ... feudum ... cum ... glandagiis, vassallis, -is.

***affido,** -avi, -atum, -are. (ad *et* *fidare, *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. III. p. 498sqq.*) *script.:* afi-: *l. 42.49.57.* -dha-: SALIMB. chron. p. 470,18. 485,27.

1 *sollemniter spondere, fide data promittere – feierlich geloben, unter Treugelöbnis versprechen:* CHART. Laus. 67 (a. 1236) prepositus fecit sibi emendam -ari per Tivuein. CHART. Tirol. notar. I 520 ita ... in manu ... Wiboti -vit. CHART. Bern. I 5,131 p. 522,29 non tenetur aliquis ... solvere bannum ..., nisi forte pro culpa alterius ipsum -verit. *c. inf.:* CHART. Laus. 210 p. 206,26 (a. 1235). *seq.* quod: COD. Wang. Trident. 83 p. 189,3 (a. 1210) episcopus promisit ... et lealiter -vit ... Iohanni ..., quod ... restituet (CHART. Tirol. 608 p. 82,21 per fidem et manum suam afidando ... et legaliter promittendo). CHART. Laus. 161. *al.*

2 *fide data in tutelam recipere, tutum vel securum reddere, (securitatem) praestare – unter Treugelöbnis in seinen Schutz nehmen, sichern, (Sicherheit) garantieren:* **a** *obi. homines:* ACTA imp. Stumpf 530 p. 745,21 (a. 1195) concedentes ... potestatem -andi et conducendi homines. ANNAL. Plac. a. 1252 p. 506,6 afidatis personis ... habuerunt ... castrum (ANNAL. Ianuens. IV p. 29,14 ipsis [*castellanis*] in p. et rebus -tis. ALBERT. MIL. temp. 281 p. 539,27 in avere et p.). INNOC. IV. registr. B 208,10 p. 179,4 omnes ... recipiet ad gratiam suam ipsosque -bit. ROLAND. PATAV. chron. 7,10 licet -ta fuisset tota quedam progenies ..., fracta est eis fides. *al.* **b** *obi. res:* PETR. CAS. (?) chron. 4,25 p. 773,33 comes ... -vit unum navigium, ... ut *monachi* ... securi sint *eqs.* CHART. Laus. 142 afidavit placitum per N. dapiferum. GREGOR. IX. registr. 384 p. 300,10 casalia. RYCCARD. chron. a. 1199 p. 21,3 castrum ... -tum combussit.

3 **a** *fide data sibi despondere – sich feierlich verloben:* LAMB. ARD. hist. 96 p. 607,27 comitis filiam ... -verat. 149 p. 637,30. **b** *fide data matrimonium polliceri – ein Ehegelöbnis abgeben:* HONOR. III. registr. 227 p. 157,8 natam ... regis Ierosolimitani -vit publice in uxorem (234).

adi. **affidatus,** -a, -um. *in tutela exsistens – in einem Schutzverhältnis stehend:* COD. Wang. Trident. 242 p. 453,27 (a. 1214) esse debeant quatuor werki, scilicet socii -i, ad unam rotam de arzento.

subst. **affidatus,** -i *m. qui in tutelam receptus est, cliens – Schutzbefohlener:* ACTA imp. Winkelm. II 10 p. 11,41 (a. 1219) ut -i Brundusine ... ecclesie ... eam habeant libertatem. I 807 de recomendatis ... vel -is. I 1005 p. 774,40 habere auxilium ⟨per⟩ -os de Lanzano. *pro cognomine:* PETR. CAS. (?) chron. 4,30 Iohannes cognomento A-us.

affigo (adf-), -fixi, -fixum, -ere. *script.* adf- *praevalet prioribus saeculis, rarescit inde a s. X. form.:* adfict(us): MIRAC. Eparch. 2 (MGMer. III p. 561,7). *v. et l. 24. depon.: l. 12.*

I *proprie:* **A** *strictius i. q. (in)figere, figendo apponere, suspendere, alligare – anheften, annageln, anhängen, (an)binden, befestigen:* CONVERS. Afrae 6 p. 58,18 Christum ... adfixum (inf- *var. l.*) in cruce (CARM. Hraban. app. 15,1,2). VITA Amandi 14 (MGMer. V p. 438,11) ut eum *(furem)* patibulo deberent -i ([-ere *var. l.*]. RHYTHM. 38,1,2 per crucis p.). DIPL. Otton. I. 239 p. 334,28 anuli nostri inpressionem inferius -i praecepimus (*cf.* CHART. march. Misn. II 426). THIETM. chron. 8,2 per follem testiculi clavo -itur. THEOPH. sched. 2,26 filum ... madidum -e in alterum signum. *al. remissius:* HONOR. AUGUST. hex. 2 (PL 172,256D) planetae ... suis circulis -xi traduntur. *adigere – stoßen:* BRUNO MAGD. bell. 14 p. 21,33 duo gladii ad duo latera eius -xi. *medial. i. q. adhaerere – haften:* ALBERT. M. animal. 4,93 in sono ... anterius *(linguae ranae)* -itur palato. **B** *latius:* **1** *promulgare – öffentlich aushängen:* FORM. Turon. 28 ut una *(epistola)* in foro publico ... sit adficta (adfixa *C*). **2** *proponere, erigere – errichten, aufpflanzen:* ALDH. epist. 3 alma mortis morte *(Christi)* stipite pabuli -xa. RHYTHM. 58,17,3 trabem ... excelsam. THIETM.(?) chron. 5,21 lanceam ... coram tentorio eius -xam. **3** *configere, compingere – zusammenfügen:* BEDA hist. eccl. 3,17 p. 160,33 quibus *(foraminibus)* aedificio erat adfixa *destina.* AETHICUS ISTER 47 trieris navis magna ex tribus navibus ... ferro ... adfixa atque copulata. **4** *imponere – daraufl egen:* TRANSL. Godeh. 1 p. 640,26 lecto -itur *laicus lancea perforatus.*

II *notione integrae proprietatis evanida i. q. fundus ad feudum receptus vel censualis – Lehns-, Zinsgrundstück:* CHART. Epternac. 194 p. 316,11 (a. 1067) reddidi aecclesiae ... alodium (all- *B*) quoddam ..., quod possederam in beneficio ex regno. TRAD. Brixin. 397 confratres liberum arbitrium ... habeant de ... alodio *(sc. a villico contradito)* facere, quod velint. 490[a] rusticus ... dedit ... allodium, quod persolvit quatuor scotas. CONST. I 319,1 p. 453,25sqq. dabit ... totum alodium (all- *2*), ... quod est ... inter Rhenum et Sueviam situm ...: castrum Rotenburch ..., curtes et alodia (all- *2*) *eqs. (de re cf. H. Niese, Die Verwaltung des Reichsgutes im 13. Jh. 1905. p. 9[2].11[1]).* CHART. Babenb. 89 tria allodia vel, quod idem est, mansus tres, que ... lehen dicuntur, ... delegavit. CHRON. Ottenb. p. 629,22 de utroque allodio duos denarios censuales persolvent. CHART. Rhen. inf. II 410 p. 222,12 pronunciamus opidum Tulpense, castrum et quicquid ibi est, esse ligium allodium b. Petri. CHART. Lux. IV 433 donationem ... factam ... per decisionem ... a quodam allodio, quod nostro mancipatum est servitio sub annuo censu. *al.* *Schneider*

aloe, -es *(de genere saepe non constat; m. et n.: l. 44sqq. 49.60; f.: cf. l. 19)* (ἀλόη) *script.:* ol-: ANTIDOT. Sangall. p. 78,40. GLOSS. III 534,38 St.-S. *cod. b.* -oue: *l. 50. form. (semper) sing.: nom.:* -es: *l. 20.23.69. adde* GLOSS. III 546,17 St.-S. -a: DYASC. p. 39[b]. *?*-en: *l. 19. gen.* -e: *l. 30.52.57. acc.: fere* -e; -en: *l. 43.48.51. al. in codd. s. IX.–X. abl.* -e: *l. 40.50.60.62.66. al.*

1 *de plantis:* **a** *herba quaedam amara, gr.* ἀλόη *– (echte) Aloe (Aloe vera L. vel sim., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 224sq.):* HILDEG. phys. 1,224 herba -en calida est (*cf.* 1,174). IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 1b[r] -es ex succo herbe fit, quae herba suo nomine -e appellatur (*sim.* ALBERT. M. veget. 6,13). ALBERT. M. veget. 6,274 quae *(herba)* vocatur -es. *al.* **b** *arbor, cuius lignum agallochon dicitur – Aloeholzbaum (Aquilaria L., cf. Marzell, op. cit. I. p. 358):* CONSTANT. AFRIC. grad. p. 355,14 lignum -es tribus ... modis est, unum ... fit in quadam regione Indie et dicitur Come ...; est et aliud, quod fit in insula maris Indie, que vocatur Cumar, tertium in quadam regione fit, que dicitur Samies. IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 2a[r] *primum genus ligni -es est* coloris subnigri vel subrufi. ALPHITA I p. 297,38 lignum -e, id est lignum amarum. II p. 194,18 xilocassia, id est lignum -es. ALBERT. M. veget. 6,257 xyloaloes est lignum -es. *al.* lignum -es *pro tota arbore usurpatur:* HILDEG. phys. 3,1 (cod. G) arbor lignum -es calidus est et signat hominem, qui febres habet. *alleg.:* HRABAN. univ. 19,7 p. 525[c] myrrha ... et -e arbores sunt aromaticae, quae continentiam carnis exprimunt (*cf.* HONOR. AUGUST. cant. 4,13/14 p. 426[B]). *v. et l. 34.*

2 *de medicamentis vel aromatibus:* **a** *sucus (exsiccatus) herbae amarae q. d.* ἀλόη *– (getrockneter) Saft der (echten) Aloe:* PAUL. AEGIN. cur. 199 p. 129,25 ex -e picra antidotum (*3,34,4* τὴν διὰ τῆς ἀλόης πικρὰν ἀντίδοτον). *al. (v. ind.).* ANTIDOT. Lond. p. 18,1 -e epatite (*sim.* ANTIDOT. Sangall. p. 98,32 aloenpatite. ANTIDOT. Bamb. 18 -en epatite. *al.* [*cf. Svennung, Pallad. p. 147sqq.*]. GLOSS. III 525,14 St.-S. -e epaticum citrinum alene. ROGER. SALERN. chirurg. 1,566 -e epatici quartam partem). ANTIDOT. Augiens. p. 52,42 -e mundum pulver unc. VI (*sim.* ANTIDOT. Bamb. 20). RECEPT. Sangall. I 4 -en in vino distemperas. *al. (v. ind.).* DIAETA Theod. 108 -e calidum est et diaforeticum. RHYTHM. 59,3,2 corpus ... vinum (*i.* -o) totum conditum ut aloue. RICHER. REM. hist. 3,96 -en ... sanitatis avidus sumpsit. ODO MAGD. herb. 2233 sunt -e species geminae, quae subrubet estque intus sicut hepar cum frangitur *(e Diosc. lat. 3 p. 385,21).* CONSTANT. AFRIC. grad. p. 354,36 -es tria sunt genera, unum rubeum de quadam insula Indiae, que dicitur Schetra, aliud ... nigrum, quod est de Persia, tertium citrinum et fit in Arabia (*cf.* BERNH. PROV. comm. 1,3 p. 275,28 -e tri[t]a sunt genera, scilicet Succotrinum vel Scotense, epaticum, caballinum vel camelinum). RAHEW. (?) dial. p. 543,5 qui *(medicus)* pro ... -e titimallum ... vendere solet. Ps. OTHO med. 5 est -e carum. ALBERT. M. animal. 23,88. *saepe. v. et l. 20. proverb. (cf. Iuven. 6,181):* RATHER. epist. 31 -e ... stomachus tumens mellis non ructuat dulcedinem. ALBERT. STAD. Troil. 6,199 *Graeci* plus -es quam mellis habent pro pace petita (schol.: amaritiam designat pacis). *al.* **b** *agallochon – Aloeholz (cf. l. 24):* BALDER. Alber. 28 corpus ... myrra et -e et aromatibus conditum *(cf. Vulg. Ioh. 19,39).* MAGNUS chron. a. 1189 p. 512,21 scrinium plenum -es. ALBERT. M. veget. 6,11 -es ... scitur lignum esse ...; dicunt quidam, ⟨quod⟩ -e vocatur.

***aloeticus**, -a, -um. (aloe) *ex aloe confectus – aus Aloe hergestellt:* ANTIDOT. Berolin. capit. p. 66[a],9 ant(idotum)

[Baader]

gyra -a (14 p. 70,39). p. 67ª,2 potio -a (p. 67ª,3. ANTIDOT. Glasg. p. 139,11).

alogia, -ae *f.* (ἀλογία) **1** *cena (luxuriosa) – (unmäßiges) Mahl:* ABBO SANGERM. bell. 3,5 non enteca nec -a (gloss.: convivium), verum absida tecum conmaneat. **2** *impietas – Gottlosigkeit:* CARM. potat. 49 (MGPoet. IV p. 352) quos Babylone reos -a (asogia *cod.;* gloss.: impietas) fecerat olim, hos Solimis iustos hodie theosebeia fecit.

alogus, -a, -um. (ἄλογος) *incongruus – nicht entsprechend:* GUNZO epist. 14 p. 48,9 quę *(lineae)* nulla societate aliis copulari queant, quas non immerito -as dicunt *(cf. Mart. Cap. 6,717sqq.).*

alonge *adv. ex longinquo – von weitem:* WALTHARIUS 878 Waltharius, licet -e, socium fore maestum attendit. CHRON. Thietm. 6,24 prope seu -e. *al. v. et supra p. 2,28.*

***alongo** *v.* *allongo. ***alopadus** *v.* *alopida.

alopecia, -ae *f. (? n.: l. 22)* (ἀλωπεκία) *script.:* all-: *l. 34.39.43.46sq.50.* ala-: GLOSS. I 707,28 St.-S. -pi-: *l. 25.28.30sqq.34.36.39.43.46sq.50.52.* -pa-: *l. 46.* -ti(a): *l. 41.43sq.47.50.* -zi(a): PAUL. AEGIN. cur. 2tit. -ssia: *l. 28.* albicium: GLOSS. III 660,40 St.-S.

defluvium capillorum cum scabie coniunctum – mit Schorf verbundener Haarausfall, Fuchsgrind: GLOSS. med. p. 6,16 -icia est, quae in capillosis locis generatur et ingerit feditatem; est autem capillorum fluor circuminscriptus, quam Graeci psilosin vocant; est autem passio stricture. RECEPT. Bamb. 58capit. ad -icia. ARS med. 7 p. 426,3 -icia (-issia *G*) est nudatio cutis per aliqua loca capitis habens in se infirmos pilos flavos vel albos. GLOSS. III 311,57 St.-S. -icia scabies capitis grint. 349,22 -icia scurf. 494,1 -icia grint ruf. IV 31,58 -icia est grint ‹. . .› vulpecule, quam Greci -iciam voh dicunt. Ps. ODO MAGD. herb. 370 ustus *fimus* -am . . . sanat. CONSTANT. AFRIC. theor. 8,24 p. 39bʳ allopicia et tyria sunt due passiones capillos a capite et pilos a barba et superciliis evellentes suntque hec nomina a simili sumpta; allopices, id est vulpes, plurimum patiuntur, ut pili sibi cadant. TRACT. de chirurg. 554 *leprae* quattuor sunt genera, scilicet leonina, elefancia, tiria, allopicia; allopicia ex flecmate fit (MATTH. PLATEAR. gloss. p. 380ᴬ contra lepram albam, id est quae fit de phlegmate, quam quidam dicunt -tiam. *al.*). TRACT. de aegr. cur. p. 358,17 tertia *species elephantiae* fit ex melancolia et sanguine et dicitur allopitia. p. 361,33 *(de speciebus leprae)* allopitia *fit* ex sanguine (CAES. HEIST. hom. exc. 278 p. 176,6. *al.*). ALBERT. M. veget. 6,426 facit *raphanus* . . . nasci pilos in -a (allopaciu, allopicia *codd.*). *al. plur. i. q. partes scabiosae – grindige Stellen:* PAUL. AEGIN. cur. 1 allopitias (*3,1,1* τὰς δὲ ἀλωπεκίας) . . . ex eo, quod frequenter vulpibus fiat hec passio, nominaverunt. 95 hoc *(medicamentum)* facit . . . ad allopitias in mento. DYNAMID. Hippocr. 1,18 elixatura eius *(lupini)* -as infantium curat. Ps. ODO MAGD. herb. 188. *al. fort. add.:* GLOSS. med. p. 62,16 sucus foliorum eius alopicis *(i. ἀλωπεκίαις ed.)* capillos creet.

alopeciosus (-pit-, allipic-), -a, -um. *alopecia affectus – vom Fuchsgrind befallen:* **1** *adi.:* GLOSS. III 311,40 St.-S. alopitiosus intercalvus grindohte. 311,58. **2** *subst. masc.:* BERNH. PROV. comm. 8,3 p. 306,43 si grabiosus, id est scabiosus vel allipiciosus, ungatur pice liquida.

***alopecius** (-pic-), -a, -um. *alopecia affectus – vom Fuchsgrind befallen:* ANTIDOT. Glasg. p. 160,4 qui *(capilli)* ex alopiciis vulneribus ceciderunt.

alopex, -icis *f.* (ἀλώπηξ) *script.:* all-: *l. 36.* alokylôs: *l. 68. metr.* ālŏpĭc-: *l. 65.* **1** *vulpes – Fuchs:* CONSTANT. AFRIC. theor. 8,24 p. 39bʳ *(v. l. 36).* LEO MARS. chron. 1,10 p. 588,10 -esque olidae dudum gannire solebant. *v. et* alopecia *l. 32.* **2** *vulpes marina – Fuchshai (Alopecias vulpes L.):* ALBERT. M. animal. 8,117 animal *marinum,* quod dicitur alokylôs, quod Latine hamus sonat. *v. et* *alopida.

alopicia *sim. v.* alopecia.

***alopida**, -ae *f. (m.: p. 500,4)* (*cf.* ἀλώπηξ) *script. et form.:* allo-: *p. 500,2.8.* allota: *p. 500,8.* -idem: *p. 500,2.* -padi: *p. 500,4.*

1 *vulpes marina – Fuchshai (Alopecias vulpes L.):* IOH. DIAC. cen. 2,153 fert . . . Iacob -am ([allopidam, -em *var. l.*]. *ex Ps. Cypr. cena 132*). *fort. add.:* ACTA imp. Winkelm. I 783 p. 613,15 (a. 1231) magni pisces, ut sturiones, alopadi, umbrine. **2** *rubeta anguillae – Aalquappe (Lota vulgaris L.; cf. theod. inf. vet.* ålroppe, *theod. sup. vet.* rutte, *v. F. Kluge – A. Götze, Etym. Wörterb. d. dt. Sprache.* ¹⁸1960. *p. 1):* GLOSS. III 46,22 St.-S. all-a (all-o *q*) rutte. 47ᵇ allota roppe (*cf.* HILDEG. phys. 5,34tit. de alroppa).

1. *alosa, -ae *f. (orig. theod. ut vid.) pignus – Pfand:* CHART. Wirt. V 1441 p. 206,2 (a. 1257) dominum . . . feodum . . . ratione -e . . . possidere (*cf.* VI app. 10 p. 445,19 [s. XII.] alosun [gloss.: id est pignus]).

2. alosa *v.* alausa. **alosantos, -us** *v.* aloxinum.

alota *v.* aluta. ***alote** *v.* *alodis.

***alotomentum.** *(orig. inc.) formula incantationis ut vid.:* ANTIDOT. Bamb. 34 dicens hec: -um sedraoton terfice *eqs.*

aloxinum, -i *subst.* (ἀλόη ὀξίνης, *francog. vet.* aluisne, *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. I. p. 75*) *script. et form.:* -xan-: *l. 25.28.* alosantos, -us: *l. 26.* adolantus: GLOSS. III 518,12 St.-S.

1 *absinthium – Wermut (Artemisia absinthium L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 420sqq.):* FRAGM. mul. II 26 aloxano (*sim.* III 56 aloxino) . . . teris. GLOSS. III 52,1 St.-S. alosantus wermûte. V 43,34 alosantos vel absinthium uuermoda. *ibid. al.* **2** *potio absinthio condita – Wermutrank:* BOTAN. Sangall. 43,1 dabis *medicamentum* aloxano bibere. *Baader*

alpa *v.* alpis.

***alpaticum**, -i *n.* (alpis) *tributum pro usu alpium solvendum – Almzins:* DIPL. Otton. III. 284 p. 709,38 fodrum aut toloneum vel ripaticum vel -um tollere.

***alpegatio**, -onis *f.* (*alpegare) *actio pascendi in alpibus – Almnutzung:* CHART. Trident. 12 p. 16,13 (a. 1196) tam in pasculo glandium quam in capulo et -em montis et incidendis arboribus.

***alpego** (-igo), -avi, -are. (alpis; *cf. ital. sup.* alpezar, alpegar; *v. Meyer-Lübke, REW³ nr. 379*) **1** *intrans.:* **a** *pecora in alpes agere vel ibi pascere – Vieh auf die Alm treiben, Vieh auf der Alm weiden:* CHART. Bund. 502 (a. 1204) sicut pertinent ista alpe . . . et sicut usus . . . sum . . . pascorando et boscando et -ando comuniter ubique partibus. 504 p. 20,22 pro -are per alpes Clavenne cum bestiis. 840 p. 288,11 ad . . . utilitatem . . . personarum alpigancium in alpibus Clavenne. **b** *pasci – weiden:* CHART. Bund. 925 p. 361,17 (a. 1258) omnes bestias alpigantes in ipsis alpibus. p. 362,4 si bestie . . . fuerint ad alpigandum in ipsis alpibus. *ibid. al.* **2** *trans. i. q. (alpes) depascere, (pro alpibus) uti – beweiden, (als Weide) benützen:* CHART. Tirol. notar. I 347 (a. 1236) fecerant pacem . . . de monte Aresii . . ., de illo -ando et pasculando. CHART. Bund. 925 p. 361,39 si acciderit, quod ipse alpes alpigarentur per homines de Cruala . . . cum bestiis. p. 362,9 licet quod tunc non alpigassent ipsas alpes *bestiae.* p. 362,22. *ibid. al.*

alpes *v.* alpis.

***alpestre**, -is *n.* *regio montana – Berg-, Almgebiet:* ACTA imp. Stumpf 359 p. 512,27 (a. 1163) quod habet in alpibus, id est in toto Faito rotundulo, cum omnibus terris, -bus, castellis, villis. *Payr*

alpha (-fa) *n.* (ἄλφα)

prima littera alphabeti Graeci: **I** *proprie:* **A** *gener.:* MAPPAE CLAVIC. 288ex. -a 'a', beta vel vita 'b' *eqs.* MILO carm. 3,4,2,514 'a' *(sc. vocis q. e. pax)* genitum signat, quod Graecus nominat -fa. VITA Bav. III 85 '-fa' *(sc. nominis q. e. Bavo),* fatiunt quod stigmata terna. *al. in abbreviationibus:* SALOM. II. epist. 24 p. 409,20 beati Π(έτρου) ἀ(ποστόλου) . . . Π(ατρὸς) et Υ(ἱοῦ) et Α(γίου πνεύματος). *alleg.:* CARM. Scot. I 14,2,3 ἄλφα patrem signat, quoniam caput esse videtur. *v. et l. 65.* **B** *math. de numeri signo:* BEDA temp. rat. 1,83 A I, B II, Γ III. CARM. de litt. 5 -a D et compar duo et tria nomina portat.

[Baader]

II *translate:* A *bibl. cum* ω *coniunctum (cf. Vulg. apoc. 21,6. 22,13. al.):* 1 *sensu litterae servato:* a *de Christo, rarius de Deo:* ECBASIS capt. 415 -fa petit simul ω *vulpes.* FLOR. LUGD. carm. 5,181 α prior cunctis, ω cunctis ultimus extat. THIETM. chron. 4,49 -fa et o misereatur eo. AMARC. serm. 4,137 Deus ipse -a vocatus et ω. ALBERT. M. summ. theol. II 13,75 p. 61b,36 *Deus creator* dicitur -a et omega. *al. c. sensu principii (cf. l. 15):* SEDUL. SCOT. carm. 2,25,17 pacificum vestri regnum sacraverat -a, pax nitet in mediis, ω quoque pacis erit. *in symbolo nigromantici:* CHRON. Albr. a. 1233 p. 932,31 -a et omega superscripsit. b *de rebus:* CARM. Bur. B 15,5,7 *constantia* -a principia et o novissimum flectens fit media. 2 *sensu litterae evanido i. q. principium – Anfang (cf. l. 9):* EKKEH. IV. bened. I 18,6 tertia tunc hora crucis -a fit, o quoque nona *(cf. Vulg. Marc. 15,25.34).* B *primus – der Erste:* CARM. var. III 27,1,1 -a nitet dignus pater huius sedis Amandus.

***alphabetarius,** -a, -um. *ordine alphabeti contextus – alphabetisch geordnet:* CATAL. biblioth. Lehm. I 4 p. 19,25 (a. 1085/1101) glossarius -us.

alphabetum (alf-), -i *n.* (ἀλφάβητος) *script.:* alb-: *l. 32.* -feb-: *l. 42.* -th(um): *l. 61. metr.:* -phāb-: *l. 30.58.* -bĕt-: *l. 26.28. tmesis: l. 34.*

1 *abecedarium – Alphabet:* a *de eruditione:* CARM. var. II 10,3,5 alf-um ... scire. LUP. FERR. epist. add. 8 p. 120,31 quasi quibusdam alf-i caracteribus inducti. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,13 sicienti fauce saliva imbibit -um. MIRAC. Godeh. 10 ut disceret *puer* minus -um. EBERH. ALEM. labor. 157 hic *(magister)* -i versum dum ruminat. b *de modo distinctionis operum:* BEDA hist. eccl. 5,24 p. 359,27 librum de orthographia alf-i (alb- *var. l.*) ordine distinctum. CARM. Cent. 1,2 ipse Micon paucos studui decerpere sticos alfaque per betum figere marginibus. ALBERT. M. veget. 6,1 ordinem nostri -i. c *de acrostichide:* ALCUIN. epist. 102 p. 149,13 *Ieremias* quadrivario -i ordine ruituram luxit Hierusalem (*cf.* RADBERT. epist. 5 [MGEpist. VI p. 137,31] tribus decursis in lamentationibus litterarum alf-is. LIBER ordin. Rhenaug. p. 114,14). 243 p. 390,7 psalmus ... centesimus atque octavus decimus ... iuxta alf-um Hebraicae linguae conpositus est. RHYTHM. 148tit. lamentum poenitentiale duplici alf-o (alfeb- *var. l.*) editum. VITA Ermin. 2,3 (MGMer. VI p. 464,29) versus ... per alf-um distincti. CATAL. biblioth. Lehm. I 63 p. 294,25 cantilena Augustini *(psalm. c. Don.)* per alf-um. CONR. HIRS. dial. 584 scripsit *Sedulius (hymn. 2)* ... ymnum ... per alf-um. d *liturg. (cf. LThK.* ²*I. p. 12sq.):* EPIST. Mog. 15 p. 341,12 in dedicatione aecclesiae ab orientali angulo in occidentalem per quadrum in pavimento cum cambutta scribitur alf-um (*cf.* PONTIF. Rom.-Germ. p. 111b,36 totum -um Graecum). HONOR. AUGUST. sacram. 101 p. 803B quia doctrina ecclesiastica Hebraico, Graeco, Latino sermone continetur, ... tria haec -a conscribuntur. TRACT. de Lamb. II 6 (MG Script. XV p. 953,7). *alleg.:* HONOR. AUGUST. gemm. 1,155 duo -a ... sunt duo populi, qui ex diverso ritu in unam fidem crucis per Christum convenerunt. e *comput.:* BEDA temp. rat. 19,5 totam annalis circuitus seriem ... -is distinximus. *al.* AGIUS comput. 2,1 compotus hic alf-o confectus habetur. f *math. de numeri signo:* Ps. BOETH. geom. p. 397,10 quidam ... literas alf-i sibi assumebant. g *mus.:* Ps. ODO CLUN. mus. p. 276b de musicae -tho. TRACT. de fist. org. p. 18 scribantur -i littere dupliciter. EKKEH. IV. cas. 47ex. in ipso *(antiphonario)* ... ille literas -i significativas notulis ... aut susum aut iusum aut ante aut retro assignari excogitavit. h *usu vario:* BEDA temp. rat. 1,72 cum primam -i literam intimare cupis, unum manu teneto. AGOB. epist. 8,10 p. 189,45 litteras ... alf-i sui credunt *Iudaei* existere sempiternas. *al. de littera:* GLOSS. I 625,23 St.-S. alf-o linnole vel puohstape *(spectat ad Hier. praef. in Ier.). ibid. al.*

2 *meton.:* a *prima elementa – Elementarunterricht:* EKKEH. IV. pict. Sangall. 4 (gloss.) pręgustat in -o. CHART. Worm. 293 p. 196,41 pueri ... ad -um non admittentur. b *liber abecedario distinctus – alphabetisch geordnetes Buch:* CATAL. thes. (ed. v. Heinemann, Geschichtsbl. f. Magdeburg 3. 1868. p. 333,29) -um sive de raris vocabulis. c *acrostichis – Akrostichon:* RHYTHM. 44tit. alf-um de malis sacerdotibus. RADBERT. epist. 5 (MGEpist. VI p. 137,20) ad tertium alf-um (*de lamentationibus Ieremiae ut* GREG. IX. registr. 397 p. 315,21 flagitia ... alf-o quadruplici deploranda. CHRON. Albr. a. 1187 p. 860,31 lamentabili Ieremie ... -o). d *chirographum ad chartam probandam in forma abecedarii factum – Chirograph in Alphabetform zum Urkundenbeweis (cf. Bresslau, Urkundenlehre. I. p. 674):* ACTA imp. Winkelm. I 633 p. 512,27 (a. 1233) quod pluria instrumenta possint fieri de predictis partita per alf-um. CHART. Bern. II 492 p. 518,20 duplicibus instrumentis per alf-um signatis. e *totum diapason – Oktavraum:* FRUTOLF. brev. p. 106 si voluerit organicus extendere ultra quindecim vel sedecim fistulas per tria -a.

alphaea *v.* althaea.

***alphitedon** (alfi-, alfe-) *adv.* (ἀλφιτηδόν) *chirurg. de fracturis i. q. ad modum alphiti – wie Gerstengraupen:* ARS med. 7 p. 429,8 catamete ...: caumedon, emponicas, cidacidon vel alfitedon *(cf. Galen. ed. Kühn X p. 424,13).* p. 429,24 alfetedon vero est *catagma,* quod et multas partes concidunt *(cf. Paul. Aegin. 6,89,2).*

alphitum (alf-), -i *n. vel saepius* **alphita** (alf-), -ae *f.* (ἄλφιτον) *script.:* ol-: ANTIDOT. Cantabr. p. 164,21. -et-: TRACT. de caus. mul. 31.47. *v. et l. 47sq.* -id-: GLOSS. IV 31,23 S.-S. 166,58. *v. et l. 37.40. form.:* acc. sing.: -en: ANTIDOT. Augiens. p. 61,44. -on: PAUL. AEGIN. cur. 190 p. 113,9. *plur.: l. 34sq. 37.50.*

1 *polenta vel farina hordei – Gerstengraupen, -mehl:* PAUL. AEGIN. cur. 78 p. 54,4 cum subtili alfita. 206 cataplasmandum ... alfitis in oxirodino et foliis vitis. 242 p. 183,4 addens ... alfita. 254 p. 202,3 cum ... pali alfite (*3,78,6* σὺν ... πάλῃ ἀλφίτου). *al. (v. ind.).* FRAGM. mul. VI p. 605,7 bibat ... -on (alfida *cod. recte*). DIAETA Theod. 13 sucus polente *(hordei),* quam Greci alfitam appellant. REGISTR. abb. Werd. 2,4 p. 21,5 decem mod(ios) ordei et decem alfitę. GLOSS. IV 129,50 St.-S. alfida gerstmelo. *al. v. et l. 44. sensu adi. ut vid.:* ANTIDOT. Sangall. p. 94,27 farina alfita. 2 *puls (hordei) – (Gersten-)Brei:* GLOSS. IV 228,8 St.-S. alfita i. prio. 3 *sucus hordei – Gerstensaft:* ALPHITA II p. 7,9 -a farina ordei idem vel secundum alium succus ordei. 4 *herba quaedam, fort. species strychni – Pflanzenart, viell. 'einschläfernde Schlutte' (Withania somnifera Dun., cf. André, Lex. bot. s. v.* finitia*):* GLOSS. III 569,6 St.-S. alfeta winwrz. V 40,17 alpheta i. apollonaris uuiuuonuurz. 5 *non accurate versum i. q. species mensurae – Maßart:* ALBERT. M. animal. 7,57 *elephas* comedit ... quinque alkatam (*p. 596a,5* ἀλφίτων), quod est mensura metretae.

alphus (alf-), -i *m.* (ἄλφος) 1 *pustula alba – weißer Ausschlag:* DIAETA Theod. 469 alfos et alopicias ... curat *herba.* DYASC. p. 23b ut alfos tollat *semen althaeae.* p. 98b lepram vel alfos. *fort. i. qui pustulis albis affectus est – viell. 'ein von weißem Ausschlag Befallener':* ANTIDOT. Bamb. 13 facit ad ... leprosus, alsus (alfus *cod. recte*), id est, qui varii sunt. 2 *morbus quidam cutem corrumpens – Hautkrankheit:* ALPHITA I p. 275,1sq. -us, morfea idem; inde -us melas, id est morfea nigra et -us leucas *(sic),* id est morfea alba. *Baader*

***alpigo** *v.* *alpego.

alpinus, -a, -um. 1 *adi.:* a *qui montium est – von Gebirgen, Gebirgs-:* ANSELM. LEOD. gest. 73 -a gerens corpora ... Germania. b *montuosus – gebirgig, bergig:* DIPL. Karoli III. 32 p. 55,11 in -is ac scopulosis vastorum moncium locis. c *in montibus situs, montanus – im Gebirge gelegen, Berg-:* DIPL. Otton. II. 192 p. 220,18 in pratis et -is pascuis (DIPL. Heinr. IV. 304). d *in montanis pascuis confectus – Alm-:* BERTH. ZWIF. chron. 3 p. 152,10 ex alpibus istis ... procurator villae dabit ... vascula ... cum trecentis caseis -is (CHART. Sangall. A III app. 59

p. 746,27). e *rudis, asper – roh, rauh:* ANON. inst. patr. p. 8[a] histrioneas voces, . . . -as sive montanas . . . detestemur. **2** *subst. neutr.: alpis, pascua montana – Alm, Bergweide:* TRAD. Teg. 290[b] (a. 1157) cum . . . molendinis, armentis, -is seu novalium extirpatione.

alpis, -is *f. (m.: l. 24) vel rarius* **alpa**, -ae *f. script.:* alppis: DIPL. Arnulfi 61. alb-: *l. 12. 67. adde* GLOSS. III 16,11 St.-S. *form.: decl. III.: plur. saepe. sing.: nom.: l. 70. gen.:* LEG. Lang. p. 152,10. CHART. Bund. 471 p. 365,9. *acc. et abl. passim. decl. I.: sing.: nom.* -a: *l. 66. gen.* -e: LEG. Lang. p. 144,7. *acc.:* -am: *l. 41.* albam: *l. 67. adde* TRAD. Salisb. I 287[b]. *plur.: acc.* -as: *l. 21. adde* COD. Hartw. 1[c] silvas, pascuas, -as. *abl.* -is: *l. 52. adde* CHART. Sangall. B 33 cum . . . agris, pradis, -is, iuris. DIPL. Karoli III. 98. DIPL. Otton. I. 171. *al.*

1 *strictius:* **a** *mons – Berg, Gebirge:* LEG. Lang. p. 127,8 trans -es . . . in partibus Tusciae (*item de montibus Appennini:* PAUL. DIAC. Lang. 5,27 per -em Bardonis. VITA Ioh. Gualb. 6 [MGScript. XXX p. 1107,20] in -e . . . Muscitana). ALCUIN. epist. 169[tit.] aquile per -es (-as *var. l.*) volanti . . . salutem. PAULIN. AQUIL. carm. 1,36 nubes cum cingeret -em (montem excelsum *Vulg. Matth. 17,1*). WETT. Gall. 15 transgresso -e. 21 p. 268,2 Arbonensi pago, qui est inter lacum et -em. ERMENR. Sval. 4 *locus* undique -bus celsis circumseptus. IOH. VEN. chron. p. 153,11 inter Camerinae marchiae -es. ADAM gest. 4,21 p. 250,10 *Nortmannia* suis -bus circundat Sueoniam. ALBERT. AQUENS. hist. 2,26 p. 319[b] Solimanni copias ab -bus . . . ebullire. NIVARD. Ysengr. 1,892 immota firmius -e sedens. OTTO FRISING. gest. 2,13 p. 114,16 Pyreneo seu Apennino, altissimis . . . -bus in oblongum ductis. p. 115,23 Pyreneae attingunt -es *Pannoniam.* CHART. Babenb. 184 p. 254,8 patrimonii, quod situm est aput Griven in -bus. CHRON. Ottenb. p. 630,14 in Altingen trans -es (*'Schwäbische Alb' ed.). saepe. c. nom. propr. de montibus Alpium ad pascendum aptis* (*cf.* TRAD. Fuld. 3,16 [s. XII.[med.]] tres montes, qui vocantur -es, de his . . . debentur casei III milia): CHART. Bund. 17 p. 16,18 (a. 765) in -e Agise onera centum. TRAD. Frising. 1472 p. 324,23 usque ad -es, que dicuntur Veldalpe. DIPL. Otton. II. 43 territorium . . . et -am Bosangam. CHART. Bund. 355 p. 265,16 in Campaz unum pratum et in -e Mutane. 375 p. 281,3 delegavit . . . curtem dominicam . . . et -em Maiorem. 400 p. 298,6sq. -em Alpigulum et -em Vuengin, a pede montis usque ad cacumen. DIPL. Arnulfi 193 (spur. s. XII.[2]) ab -bus Glodnizze ad desertas -es (*'Wildalpe'). al.* **b** *pascua montana – Hochgebirgsweide, Weidebezirk, Alm, Alpe* (*cf.* ORTL. chron. 1,5 p. 26,17 in pascuis . . ., quas incolae terrae illius -es vocitant): CHART. Bund. 17 p. 21,3 (a. 765) donatio . . . firma permaneat tam agris quam pradis . . ., farinariis, -bus, silvis, aquis, pascuis *eqs.* (*cf.* TRAD. Frising. 177 cum . . . accolabus, mancipiis, -is, silvis. DIPL. Conr. II. 38 cum vallibus et ponte ac -e et mansos. CHART. Bund. 211 in pratis, in -bus, in navi, in silvis. CHART. Solod. 9 p. 16,24 cum . . . vinetis, -bus, censibus, placitis. CHART. Sangall. B 303 p. 236,37. *saepe in pertinentiis*). BREV. NOTIT. a p. A3,30 dedit . . . -es duas his nominibus Gauzo et Luduso ad pascua pecodum. DIPL. Karoli M. 80 p. 114,34 adiungimus ad . . . monasterio . . . -em aliquam, qui vocatur Adra. CHART. Bund. I app. p. 376,17 portionem communem in -bus. EKKEH. IV. cas. 126 -es nostras et montes optinentes *Saraceni.* TRAD. Frising. 1482 quin solvamus debitum servitium pro iure -ium. BERTH. ZWIF. chron. 3 p. 152,6 in montanis . . . -es amplas *dedit.* CHART. Carniol. I 113 p. 112,9 dederunt . . . silvam . . . et -em paschualem. CHART. Bund. 350 p. 260,10 -a in Tasina cum LX caseis *eqs.* TRAD. Salisb. I 437 predia sua sita iuxta albam nostram Witegozurspringe. CHART. Babenb. 224 -em . . . cum omnibus adtinentibus pascuis. CHART. Bern. II 119 concessit duas -es, que erant allodium suum. CHART. Tirol. 1203 pratum et -is ad nos . . . devolvantur. *saepe.* **2** *latius i. q. altitudo – Erhöhung, Wölbung:* RADBERT. Arsen. 1,16 p. 46,24 iubebat . . . sternere lectum . . ., dum equi sella in medio posita, quae unam mihi -em ad caput prebebat, alteram illi.

***alpisermus** (-um ?) *subst. (cf.* alpis; *in altera vocis parte subesse* eremus *ci. DuC. s. v.) fort. i. q. pascua montana – viell. 'Gebirgsweide, Alm':* TRAD. Frising. 19 p. 47,19 (a. 763) iumentis, pecodibus, -is, aquis earumque decursibus. *Payr*

***alroppa** *v.* *alopida *p. 500,9.*

***alsaccia** *subst. (theod. vet.* al *et* sahha, *cf. Brunner, Rechtsgesch. II. p. 459[32]) responsio omnino repugnans – vollständige Bestreitung (cf. Brunner l. c.):* LEX Ribv. 61,19 ut nullus hominem regium, Romanum vel tabularium, interpellatum in iudicio non tanganet nec -a (alsacia, alsatia(t), alisacia, alsantia, adsicia, causancia *sim. var. l.*) requirat.

alsus *v.* alphus *p. 502,57.* **alta** *v.* alo.

altanus, -a, -um. (altus) **1** *adi.: altivolans – in der Höhe fliegend:* FRID. II. IMP. art. ven. 6 p. 186,18 falcones *peregrinos* multi falcones -os vocant. **2** *subst. masc.:* **a** *ventus inter zephyrum et austrum (ab mari alto spirans) – Südwestwind (der vom Meer her weht):* AETHICUS ISTER 100 p. 75,15 ventis discurrentibus euro et -o. HONOR. AUGUST. imag. 1,55 sunt duo venti, aura et -us, aura in terra, -us in pelago. **b** *tranquillitas maris – Meeresstille (cf. Plin. nat. 2,114):* HRABAN. univ. 9,26 p. 283[A] tranquillitas . . . pelagi, quam -um vocant, pacem ecclesiae significat in mundo *eqs.* *Baader*

***altararium**, -i *n. velamen vel palla altaris – Altarbekleidung (cf. J. Braun, Der christliche Altar. II. 1924. p. 9. 18):* CATAL. thes. (ed. v. Heinemann, Die Handschr. der Bibl. Wolfenbüttel. I 1. 1884. p. 333,12) VI torsalia de pallio, XII -a de pallio.

altare, -is *n. (m. f.) vel rarius* **altarium** (-us), -i *n. (m.) genus: masc.:* TRAD. Frising. 13[a.b.] 30. ANNAL. Cas. a. 931 (MGScript. III p. 172,5). *al. v. et l. 48. 60. cf.* TRAD. Frising. 24[b]. *fem.:* TRAD. Patav. 66. Frising. 480. *al. v. et p. 506,18. cf.* HUGEB. Wynneb. 7 p. 111,44 sacre -e deservire. *masc. vel fem.:* TRAD. Frising. 6. 394. CHART. Sangall. A 394 ad illum -e, quę est. *al. v. et p. 506,17. script.:* alth-: CHART. Salem. 8 p. 15,27. -rae: *p. 506,1. form.: sing.: nom. et acc.* altar: CAND. FULD. Eigil. II 12,37. METELL. Quir. 27,19. *v. et l. 67. dat.* -e: *l. 37. adde* TRAD. Frising. 88. Patav. 187. *acc.* -em: *l. 59. p. 506,17. 507,17. al. adde* LEG. Lang. p. 118,12 *cod. 9. abl.* -e (*cf. N. Fickermann, JbGeschMitteld. 6. 1957. p. 51): l. 58. 69. p. 505,21. al. plur. acc.* -e: TRAD. Frising. 652 -e tria. *decl. II.: sing.: nom.:* -ium: LEO MARS. chron. 2,32 p. 648,12. -ius: HUGEB. Willib. 4 p. 98,28. *dat. et abl.* -io: *l. 50. p. 505,37. 46. 59. adde* DIPL. Otton. III. 404. *al. acc.* -ium: LEG. Lang. p. 199,5 circa -io (-ium *var. l.*). *abl.* -ro: *p. 505,40. plur.: gen.* -iorum: DIPL. Conr. II. 112 p. 156,26. *abl.* -iis: *l. 64.*

I *proprie i. q. ara, mensa sacra – Altar, Altartisch (fere christ.; ara Iudaeorum et paganorum: l. 61. p. 505,10. 19. 27):* **A** *strictius:* **1** *gener. (cf. J. Braun, Der christliche Altar. I. 1924. Hinschius, Kirchenrecht. IV. 1888. p. 399):* HUGEB. Willib. 4 p. 101,20 requiescent tres sancti . . . in uno -e. Wynneb. 9 p. 113,28 in una latera caminate . . . -e conponere. TRAD. Patav. 18 -em ereximus, episcopum invitavimus, ut hunc -em . . . benedicere dignaretur (CONC. Karol. 56[B],17 Abraham . . . Dei -ia erexit. RUD. FULD. mirac. 5 p. 334,12 sub divo). CAPIT. reg. Franc. 47,16 de -ia non consecranda nisi lapidea. CONC. Karol. 44[A] p. 479,11 tabulis imaginum pro -iis utebantur. WALAHFR. Gall. 1,6 unxit -e et . . . reliquias in eo collocavit vestitoque -i missas . . . compleverunt. CAND. FULD. Eigil. II 15,3 quadrata locans -ia. 17,106 regis perpetui magnum . . . ad -r. VITA Liutg. I 24 sub -i ligneo undique linteaminibus circumducto. GESTA Aldr. 17 p. 315,30 fecit tugurium . . . super -e seniori. FOLCUIN. Berth. 85 contra sancti Martini -e capitaneum. SIGEB. Maxim. 16 (14) scopis . . . -e diverberant *rustici.* GERH. AUGUST. Udalr. I 28 p. 418,6 celebrata

missa -is (*cf.* CHART. Xant. 200 p. 135,5 m. secundarias et in -bus secundariis ... celebrare). RICHER. Rem. hist. 3,23 -e gestatorium (HUGO FLAV. chron. 2,8 p. 374,36 ex auro purissimo). THIETM. chron. 2,36 coram summo -i. 7,3 sanctae crucis. THANGM. Bernw. 13 p. 764,20 principale (WOLFHER. Godeh. I 26 p. 187,10. *al. v. et l. 68. p. 506,40*). GESTA Trud. cont. I p. 297,22 -e, quod est retro maius -e. BOVO SITH. Bert. 3 p. 527,54 cardinale. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 304,30 dominicum (VITA Otton. Bamb. III 3,5 p. 84,5 iuxta -e d. aliud -e constituens ydolis consecravit). CHRON. Pol. 43 p. 114,3 -ia viatica. OTTO FRISING. gest. 2,28 p. 133,27 *Abaelardus* de sacramento -is ... non sane dicitur sensisse. DEDIC. Lac. (MGScript. XV p. 970,30) minus. ibid. p. 970,35 -e ante chorum. CHART. Burgenl. 67 tribus diebus, quibus -ia discoperta fuerint. CHART. Turic. III 1088 p. 186,3 lateralia chori -ia. XIII 959[a] super -e portatile (CHRON. Erf. min. p. 614,12 super tabulam consecratam, scilicet -e p. *cf. l. 59*). CHART. Basil. C I 437 p. 320,35 *distantia* inter veteris et novi testamenti -ia. *saepissime.*

mensa Domini – Abendmahlstisch des Herrn: NOTAE Aschaff. 3 (MGScript. XXX p. 758,20) *reliquiae* de -e Domini. *in imag. de doctrina haereticorum:* COD. Udalr. 246 p. 426,11 -e maledictionis erigere. **2** *alleg.:* AMALAR. off. 1,12,54 -e Christum significat. 3,18,6 -e Hierusalem potest designare. 3,19,17 -e nostrum designat ... vitam iustorum. *al. (v. ind.).* HRABAN. univ. 14,21 p. 396[A] potest et -e mystice significare corda electorum *eqs. ibid. saepius.* ALEX. MIN. apoc. 8,3 p. 125,12 qui *(Christus)* est -e nostrum. ALBERT. M. miss. 2,7,1 p. 52[a],25 -e signat sacramentum et armarium Scripturae et sanctificationis. *al.* **3** *iur. et publ.:* **a** *spectat ad refugium:* LEG. Wisig. 3,2,2 si ad -ia sancta confugerit. WIDUK. gest. 2,11 p. 77,1 stabat iuxta -e, depositis desuper armis. *remissius:* WALAHFR. Gall. 1,22 p. 300,37 *puella* cornu comprehendit -is. *ibid. al.* **b** *spectat ad iusiurandum:* FORM. Andec. 10[b] noticia sacramenti, qualiter ... ingressus est illi aput homines tantus ingenuos super -e. LEX Ribv. 61,19 non ei sicut Ribvario ad -io verba commemorentur. LEX Alam. 6 iuret cum suis sacramentalibus in ipso -e. FORM. Senon. I 21 posita manum suam super sacrosancto -ro. CAPIT. reg. Franc. 35,39 caveant periurium ... in -e. NIVARD. Ysengr. 1,751 -ia iuro. *al.* **c** *spectat ad manumissionem:* FORM. Turon. 12 ante cornu -is ab omni vinculo servitutis eum absolvo. LEG. Lang. p. 118,12. FORM. Augiens. B 34 circa sacra -ia illum duci precepi, ut ... ingenuus permaneat. *al.* **d** *spectat ad oblationes, censum sim.:* FORM. Marculfi 1,1 p. 40,10 quod ... in -io offertum fuerit. CAPIT. reg. Franc. 177,16 *oblata* ad -e deferantur. CHART. Bund. 89 p. 75,2 ut ... solidum ... pro censu ... -io imponam. CHART. Solod. 269 p. 155,33 ut oblationes surripiat de -i. CHART. Westph. VII 106 p. 48,17 ad titulatorium vero -e unus offeratur denarius ... sacerdoti. *al.* **e** *spectat ad confirmationem chartarum, traditionum sim.:* LEX Ribv. 62,5 cartam suam super -io positam idoniare. LEX Baiuv. 1,1 epistulam ponat super -e. TRAD. Ratisb. 12 acta est hęc traditio ... ante -e sancti Emmerammi. RUOTG. Brun. 47 lectum est testamentum ... ante -e. TRAD. Ratisb. 257 postque ensem in -i iam positum tradidit ... servum. CHART. Carinth. IV 1682,1 delegationem predii ... manu propria posui super quodam mobili -io eorum. CHART. Tirol. 664 p. 119,19 coram -e ... remissionem fecerat. CHART. Turg. III 566 p. 400,32 acta sunt hec ... ante publicum -e (CHART. Brixin. 171). *saepe.* **f** *spectat ad coronationem vel officium deferendum:* THEGAN. Ludow. 6 ut *rex* ... elevasset coronam, quae erat super -e. FORM. Laudun. 14 vernaculum ... sacris ordinibus dignum ad cornu sacri -is promovere. WIDUK. gest. 2,1 p. 65,13 pone -e, super quod insignia regalia posita erant. DIPL. Arduini 9 p. 713,11 suscepto ... a principali -i regiminis baculo ... subrogetur *abbas*. STATUT. ord. Teut. p. 95,13 frater, qui gesserat vicem magistri, ducat electum ante -e ... assignans sibi officium. *al.* **g** *spectat ad sortilegium, iudicium Dei sim.:* URSIN. Leod. 24 (MGMer. V p. 347,14) *epistolis* super -rae positis, ut ... per eos Dominus declararet *eqs.* ORD. iud. Dei A 27[k] sint ante -e, qui de furto accusantur. A 32[a] ante sanctum -e panem ... exorcizare et benedicere. B 3,3[a]. LEX Frision. 14,1 sunt ... sortes super -e mittendae. *al.*

B *latius:* **1** *de loco ministerii sacerdotis sim.:* LEX Baiuv. 1,8 illi, qui sunt ministri -is Dei (CONC. Karol. 22[c],7. LIBER ordin. Rhenaug. p. 128,6 quatuor -is m., videlicet sacerdos et diaconus et duo subdiaconi. *al.*). CAPIT. reg. Franc. 252 p. 246,4 more poenitentium sacris -bus et sanctae communioni restituatur. DIPL. Arnulfi 136 clericis ... ad sanctum -e servientibus. GREG. VII. registr. 2,66 p. 222,19 incorrigibiles a sacris -bus arceas. *al. remissius:* CAPIT. reg. Franc. 22,17 quod non oporteat mulieres ad -e ingredi. **2** *de institutis ecclesiasticis (titulis, ecclesiis, abbatiis sim.):* **a** *spectat ad donationes, redditus sim.:* TRAD. Frising. 9[a] (a. 757) rem propriam ... transfundo ad -em beatę Mariae. TRAD. Patav. 8 tradidimus eclesiam sancti Georii ad -e sancti Stephani. 39 trado ad -e sancti Petri, que stat in hereditate mea, servum. CHART. Hersf. 53 ut ... III denarios ... ad predictum -e solverem ... et ... vestimentum optimum iure -is concederetur. TRAD. Salisb. I 22[b] qualiter ... ancillam ad ... -e sancti Petri ..., ubi monachica vita observatur, ... tradiderit. THIETM. chron. 6,16 predium ... -i sancto et confratribus ... dedit. DIPL. Conr. II. 41 censuales ad -e sanctae Marię pertinentes. DIPL. Heinr. IV. 132 monasterium ... -i ... Marię Hildinesheim ... tradidimus. CHART. Rhen. med. I 379 nullum ... advocatum preter ipsum -e habere volumus *censuales*. CHART. Solod. 215 p. 114,20 de hominibus -is, qui dant censum ad luminaria (CHART. Rhen. inf. II 419 p. 227,1 h. ... ad quascumque ecclesias ... vel ad -ia pertinentibus). *al.* **b** *spectat ad officia sacerdotum, advocatorum sim.:* CAPIT. reg. Franc. 252 p. 216[a],2 -i, cui ordinatus fuerat *presbyter*, pars una *weregeldi*. TRAD. Frising. 1263 convenit inter ... episcopum et eius -is proprium clericum. THIETM. chron. 4,70 frater ... in Nova educatus Corbeia et eiusdem -is servus (TRAD. Salisb. I 45 f. eidem -i servientibus). CHRON. Andag. 22 presente ... -is advocato (CHART. episc. Wirz. I 75 p. 36,25 predium ... nullum preter principalis -is a. habeat). CHART. civ. Halb. 58 Heinricus minister -is s. Crucis. *al. remissius:* GERH. AUGUST. Udalr. I 7 comprobato illic presbitero -is procurationem commendavit. **c** *spectat ad introductionem vel ingressum canonicorum, monachorum:* THIETM. chron. 4,16 ad -e hoc *(i. monasterium)* me dare non potuit. 6,81 *archiepiscopus* in aecclesia se primitus -i tradens et communionem fratrum ... acquirens baculum ... accepit. CHART. Tirol. 751 obtulit filium suum ... super -e sancti Dyonisii ... perpetuo ibi mansurum.

II *translate:* **A** *eccl. i. q. capella – Kapelle:* ERMENR. Har. 2 quo *(loco)* postea oratorium ..., nunc autem -e sancti Benedicti constructum est. CAPIT. reg. Franc. 255,7 si necessitas populi exegerit, ut plures fiant ecclesiae aut statuantur -ia *eqs.* **B** *iur. i. q. possessio, praebenda, redditus altaris sim. – Altargut, -pfründe, -einkünfte (cf. H. Rheinfelder, Das Wort 'Persona'. 1928. p. 104):* TRAD. Frising. 184[a] p. 176,23 (a. 802) medietatem ipsius -is ... ad opus suum exquirere. CONC. Karol. 37,26 ut unius -is quatuor partes fiant. HARIULF. chron. 4,22 p. 239,2 -ia villarum ..., super quibus Ratbodo et Hugo personae habentur *(cf. notam ed.)*. DIPL. Heinr. III. 54 dedit ... VI mansos et duo -ia cum terris ... ad ea pertinentibus. GREG. VII. registr. 4,22 p. 332,29 commune malum ..., quod -ia venduntur. CHART. Rhen. inf. I 266 Gere ... -is custodiam tenente. HERM. TORN. rest. 74 p. 309,39 ecclesie ... dare -ia sine simonia. CHRON. Afflig. 19 -e eiusdem villae, quod sui proprii iuris erat. GESTA Lob. 6 p. 311,21 ecclesiam ... preter -e ... restituit. CHART. Xant. 40 p. 30,30 portionem ... -is, id est terciam partem decimarum, sibi usurpare. CHART. episc. Halb. 559 p. 497,15 donum -is, quod in capella b. Martini nos ... contingit (CHART. Solod. 387). *al. v. et l. 21.* **C** *astron. de signo caeli i. q. ara – Altar:* HONOR. AUGUST. imag. 1,132 sacrarium ..., id est -e, in quo dii iuraverunt.

[Pape]

***altariensis**, -e. *altari subditus vel censualis – dem Altar hörig, zinspflichtig:* CHART. Basil. A I 183 p. 277,18 (a. 1139) homines -es, qui censum suum altari debent ad lumen ecclesie (*item* 240 p. 366,28). 265 p. 406,9 *advocatus* in hominibus -bus . . . nichil habet.

***altariolum**, -i *n. parva vel secundaria ara – kleiner Altar, Nebenaltar:* VITA Amati Habend. 9 (ASBoll. Sept. IV p. 104[B]) -o, in quo missas celebrare assuetus erat, aurum superposuit. HERM. SANGALL. Wibor. 1,37[ex.] catenam . . . iuxta -um occuluit. GREG. CAT. chron. II p. 134,12 de ipsis vero novis reliquiis in suo episcopio -um construens consecravit. THEOD. HIRS. loc. sanct. 7 p. 20 Suriani . . . plura in ipsa ecclesia habent -a. *al.*

altarium (-us) *v.* altare.

***altarius**, -a, -um. *ad altare pertinens – zum Altar gehörig, Altar-:* TRAD. Frising. 654 (a. 842) invenimus . . . altarem I, vestimenta -a, sindones. *Pape*

altea *v.* althaea.

***altemon**, -onis *subst. (orig. inc.) pulvis florum – Blütenstaub, Pollen:* ALBERT. M. animal. 8,149 in floribus multum inveniunt *apes* -is, hoc est pulveris crocei *eqs.*

alter, -a, -um. *script.:* autrum: DIPL. Karoli M. 307 p. 464, 18 (spur. s. XI.[2]). -tar-: ANTIDOT. Glasg. p. 104,10. -taer-: TRAD. Patav. 13. altro: *l. 37. form.:* *gen. sg.* -i: *p. 508,53. dat. sg.:* -o: *l. 31.72. p. 508,4.69. adde* ADAM gest. 2,54. -ae: *p. 508,20.23. ?compar.: l. 36. plur. raro occurrit in schedulis nostris, e. g. l. 40.52. p. 508,52. metr.: gen. sg. semper* -lus *in schedulis nostris.*

I *c. sensu certae circumscriptionis:* **A** ὁ ἕτερος – *der andere (saepe i. q. secundus – der zweite, ein zweiter):* **1** *gener.:* **a** *adi.:* BEDA temp. rat. 9,6 tertio vel -o anno singulos *menses* adiciens. ARBEO Corb. 45 -a *manus.* WALAHFR. carm. 45,18 sic ego tu sim -r tuque mihi -r ego (*cf.* EPIST. Hann. 8[tit.] amicitiam . . ., quam amicus debet sibi -i). WANDALB. creat. mund. 214 *(de Deo)* -r tuque vocaris . . . mundus. THEOPH. sched. 1,16[med.] usque ad -ius (exterius *var. l.*) nigrum. REGISTR. Trident. II 8,1 omni altro anno. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 174,10 in quandam consuetudinem, que fit ei quasi -a natura. *persaepe. plur.:* ADAM gest. 4,40 ceteras naves . . . revomens excursio longe ab -is . . . repulit. *c. nom. propr.:* WALAHFR. carm. 35,6 Tullius -r eris. CARM. Cent. 26,5 *(de Turonis)* -a Roma (MIRAC. Adalh. 1,4 [MGScript. XV p. 861,38] *de Corbeia*). THIETM. chron. 7,38 -r Iulianus. LAMB. HERSF. inst. 1 p. 351,9 -r Karolus. *al. adde:* DIPL. Karoli III. 137 in loco, qui A-a villa (*'Autreville'*) nuncupatur. **b** *subst. masc.:* EPIST. Mog. 18 -r iuxta christianitatem a vobis. HROTSV. Pelag. 267 -r ut in regno sis (*cf.* WIPO tetral. 19 -r post Christum regit orbem [*sc. Heinricus imp.*]). **2** *spec.:* **a** *in enumeratione (in primo membro i. q. unus – der eine):* HUGEB. Wynneb. 13 p. 116,8 illi duo . . ., quorum -r . . . et -r. LIUTG. Greg. 4 p. 71,22 ex una parte . . . ex -a (AGIUS vita Hath. 21 vocare una, revocare -a. OTTO FRISING. gest. 2,14 p. 117,21 unam medietatem . . . et -am. *saepe*). WALAHFR. carm. 89,3,4 primus . . . annus, -r . . ., tertius. Wett. 319 maior et -r (gloss.: minor ordo i. e. prespiterorum) . . . ordo. HRABAN. epist. 5 p. 390,8 priorem *colorem* . . ., -um. RUOTG. Brun. 37 p. 38,26sq. ambos . . ., -um . . ., -um . . ., utrumque. FROUM. carm. 27,2 piger Ellinger, Frovimundus . . . piger -r. ALBERT. M. veget. 6,72 una *species* . . ., -a . . ., -a . . ., -a . . ., -a. *persaepe.* ex -o *i. q. ex altera parte – andererseits:* DIPL. Heinr. IV. 92 p. 121,12 ex uno . . . et ex -o. *c. nom. propr.:* ANNAL. Alam. a. 751 Stephanus . . ., -r Stephanus. CHART. Fuld. B 6 p. 9,8 australem Hunam, . . . -am Hunam. OTLOH. Alt. 16 (MGScript. XV p. 845,20) Heinricus rex tercius, sed -r cesar. *al. cf.* TRAD. Frising. 1095 Kepahart I . . ., Kepahart II . . ., Kepahart III. **b** *de alternatione (primo loco i. q. unus – der eine):* WETT. Gall. 28 p. 272,30 cum utraque pars viliorem se -i libens egit. TRAD. Frising. 671 p. 565,28 unusquisque quod ab -o accepit (HROTSV. Pafn. 1,10 tres esse dicuntur *musicae*, sed unaquaeque . . . -i ita coniungitur, ut *eqs.*). WALAHFR. hort. 315 -a ut -ius potiatur foenore tellus (TRAD. Frising. 706 -r -o tradiderunt proprietatem suam. OTTO FRISING. gest. 1,5 p. 20,20 cum . . . compositionem . . . -um -ius non admittat, -um tamen sine -o esse nequit). DIPL. Ludow. Germ. 92 p. 133,35 qui -o superstes fuerint. FROUM. carm. 7,11 -r in alterutro gratuletur sospite viso. TRANSL. Modo. 34 p. 305,35 duo viri . . ., -r prioris ignarus. CHART. episc. Halb. 929 p. 173,25 quilibet -um iuvabit. *saepe.* **c** *de rebus caelestibus:* WALAHFR. carm. 8,11 quibus -a regna parantur. 25,12 aevi . . . -ius. HRABAN. carm. 37,37 -a vita. *al.* **d** *de contrarietate i. q. oppositus – entgegengesetzt:* ARBEO Corb. 37 -o latere. WALAHFR. (?) carm. 50,1,28 cum color -r *(sc. albus)* abest. EINH. Karol. 15 p. 18,18 in -a Danubii ripa. WIPO gest. 28 p. 46,21 ex parte ducis . . . ex -a. *al. de litigio iudiciali:* LEX Baiuv. 2,1 si . . . ille -r negaverit (16,17). 12,5 sine consensu partis -ius. *de commutationis participe:* TRAD. Frising. 957 (a. 883) in reconpensatione -ius. **e** *sensu temp.: proximus – der nächste:* EIGIL Sturm. 13 p. 371,16 -o . . . anno. WETT. Gall. 38 noctis. GERH. AUGUST. Udalr. I 8 die. WIDUK. gest. 2,31 in -am ebdomadam. MIRAC. Trud. 3 ut . . . hoc narrent . . . filii eorum generationi -ae (GODESC. GEMBL. gest. 68). *saepe. posterior – (der) später(e):* CHART. civ. Ratisb. 40 p. 10,27 (dipl. a. 1182) cognoscat igitur quelibet generatio -a. CHART. Turic. 791 p. 259,22 posteritati -e. *praecedens – vorausgehend:* BRUNO QUERF. fratr. 19 sequenti die illum ambulantem vidit, qui -o die . . . prope mortuus erat.

B *unus (ex duobus) – der eine (von zweien):* HUGEB. Wynneb. 13 p. 117,12 cuius -a latus . . . torpebat. RIMB. Anscar. 42 p. 78,3 utrumque *genus martyrii* voluntate tenuit, ad -um effectu pervenit. WIDUK. gest. 1,22 p. 35,8 quorum -r gener regis erat. WALTH. SPIR. Christoph. I 26 -um ipsius oculum. *al.* -r dimidius *i. q. unus et dimidius – eineinhalb:* RIMB. Anscar. 12 p. 33,4 peracto . . . -o dimidio anno. *subst. masc.:* WIPO gest. 2 p. 17,34 in -o nostrum. *subst. neutr.:* LEX Frision. add. 3[a],8 si -um et non utrumque fuerit.

II *c. sensu incertitudinis i. q. alius – ein anderer:* **A** *gener.:* **1** *adi.:* WALAHFR. hort. 183 in foliis color est alius ramisque odor -r. RIMB. Anscar. 26 p. 56,25 -ius . . . dei culturam (*syn.* alienum). VITA Liutb. 28 -am coaetaneam suam. GERH. AUGUST. Udalr. I 26 p. 411,47 -a . . . vice. ADAM gest. 3,35 -is . . . infirmioribus. *saepe. nota:* LEX Alam. 70 si . . . per factum -um (-ius, -ium, alicuius *var. l.*) infans natus mortuus fuerit. *latius i. q. peregrinus – fremd (cf. l. 37sq.):* PURCH. Witig. 171 ad patriam rediens demum venit -r ut hospes. **2** *subst.:* **a** *masc.:* BEDA hist. eccl. 4,5 p. 217,5 (conc.) nulli -i copuletur *coniux.* LEX Alam. 80 si . . . una *ripa* -ius est. WALAHFR. Wett. 89 -ius *(i. Dei)* contemplans ora iubentis. 440 -ius *(i. intercessoris)* per verba. CAND. FULD. Eigil. II 23,12 quod . . . compleverat -r (*de successore ut* POETA Saxo 4,321 regimen . . . sumpsit id -r). GERH. AUGUST. Udalr. I 9 p. 396,13 quod quisque sibi noluisset, -i non faceret. FROUM. epist. 3 -ius alicuius vestrorum. ADAM gest. 3,1 p. 142,7 qui simul regnabant cum -is. COD. Wang. Trident. 80 p. 182,35 sine unius -i contradiccione. CHART. Turic. 1475 p. 185,18 sive sit de . . . capitulo vel -r. *saepe.* **b** *neutr.:* TRANSL. Modo. 34 p. 305,37 si nihil -ius fuisset in promptu. OTTO FRISING. gest. 1,5 p. 17,37sq. omnis quippe diffinitio -ius est et -i convenit. **B** *spec.:* **1** *in comparatione:* **a** quam: AMALAR. off. 4,9,15 qui *(versus)* fit -o ordine in isto officio quam in ceteris officiis (*cf.* antiph. prol. 12). HRABAN. epist. 23 p. 429,29 -ius (alternis *trad.*) scripta . . . quam se veritas habet. **b** et: LEX Baiuv. 19,4 si -r et non ipse reus *abstulerit.* AMALAR. ord. antiph. 13,16. **2** *in enumeratione:* RUD. FULD. mirac. 5 p. 334,19sq. quaedam mulier . . . -a mulier . . . quaedam . . . -a. GUNZO epist. 12 p. 44,1sq. in principio -ius vultus, -ius in medio, in extremo -ius. *al.* **3** *de alternatione:* BERTH. (?) annal. a. 1069 poenitentia -r ex -o effectus. *de litigio iudiciali:* LEX Sal. Merov. 17,1 si quis -um . . . voluerit occidere. LEX Ribv. 5,8 si quis ingenuus -o pedem excusserit. PACTUS Alam. III 24 si quis -ius puellam . . . deviolaverit. LEX Baiuv. 18,1 si unus ex his ab -o interfectus fuerit. LEX Thuring. 51 quicquid homo -i fecerit. *saepe.* **4** *c. sensu adiectionis i. q. additicius – (ein) wei-*

ter(er): EDICT. Roth. 259 nonum conponat et -um tantum ... persolvat. METELL. Quir. 3,13 -as ... millesias *Romae*.

adv. ***altere**. *alias – sonst:* CHART. Chil. 557 (ed. P. Hasse, Kieler Stadtbuch. p. 58) -e contra hoc faciet. *Prinz*

***alterabilis**, -e. **1** *adi.: mutabilis – veränderlich:* **a** *natur. et philos.:* ALBERT. M. phys. 3,1,4 p. 192ª,32 adolescentia, quae est fluxus complexionis adolescentis ..., perfectio est ... -is. 5,1,1 p. 354ᵇ,22 ut -e (*p. 224ª,30* οἷον ἀλλοιωτόν) per se. cael. 1,1,8 p. 23ᵇ,25 utrum ... sit *caelum* ... augmentabile vel diminuibile vel -e. 1,1,9 p. 26ᵇ,46 omne ... est ... -e et transmutabile. meteor. 1,1,6 p. 484ª,34 tale humidum est facile -e. animal. 20,4 humidum vaporans compositum est ex partibus ... ad formam aeris -bus. metaph. 5,1,4 p. 273ª,37 non sunt *elementa* -ia ad invicem nisi divisa per minima. *al.* **b** *anat.:* RICHARD. ANGL. anat. II p. 88,29 cum ... epar sit ... delicatum et de facile -e. ALBERT. M. animal. 23,62 stomachum. **c** *alch.:* GEBER. summ. 2,19 ad profundum corporis -is (Ps. AVIC. lap. p. 636ª,4 rei -is). *v. et l. 24.* **2** *subst. neutr.:* **a** *quod mutari potest – etwas Veränderliches:* ALBERT. M. euch. 3,1,9,1 p. 276ª,9 est cibus generatus ex facile -bus et convertibilibus. summ. theol. II 2,5 p. 117ᵇ,12 propter multitudinem alterantium et debilitatem -is. **b** *quod mutationem affert – etwas Veränderndes:* GEBER. summ. 2,18 non est in complemento -e.

***alterana**, -ae *f.* *(ex* *alcanna *corruptum) cyprus – Hennastrauch (Lawsonia inermis L., cf. Hegi, Flora. V. p. 747sq.):* ALBERT. M. veget. 6,276 -a herba est ab alterando dicta *(aliter interpr. ed.).* *v. et* *alcanna.

alteratio (-cio), -onis *f.*

2 *bestia domestica – Haus-, Nutztier (plur.: pecus – Vieh; interdum de speciebus bestiarum, e.g. de equis, bubus: l. 22sqq. 45.47.57; cf.* GLOSS. III 10,22 St.-S. hrindir): **a** *in legibus, chartis sim.:* LEG. Wisig. cod. Eur. 278 qui cavallum aut quodlibet -ium genus ad custodiendum ... commendaverit *(sim.* LEX Baiuv. 15,1. *al.)*. LEX Sal. Merov. 3,3 si quis bimum -l (-le *A 4*, -lem *A 2.3*) furaverit, mallobergo ochstiorci sunt (*de bove ut:* 3,12sq. 9,1 si quis -l [-lem *A 4*, -lia *A 1*] aut caballum vel quemlibet pecus in messe sua invenerit. 9,4 si quis -lem [-le *A 1.4*, -l *A 3. Her.*] aut quodlibet pecus ... nocuerit. WIBALD. epist. 419 p. 555,17 abstulerant nobis -ia centum, oves centum viginti *eqs. al.*). 37,1 si quis ... qualibet (quemlibet *var. l.*) -l (-le *A 4*) ... perdiderit. LEG. Wisig. 8,4,3 alterum qualemcumque -l. FORM. Wisig. 37 de fruges ... atque ... -ia ... decimas ... persolvere (CAPIT. reg. Franc. 140,5 de frugibus terrae et -ium nutrimine. DIPL. Heinr. III. 338 p. 462,7. CHART. Babenb. 323 p. 163,16 d. ... personales et -ium. CHART. ord. Teut. 112 p. 92,3 -ium et avium. CHART. ord. Teut. [Hass.] 373 p. 277,8 tam de pecoribus quam de -bus. *al.*). LEX Alam. 68,4 alia minuta -ia. LEX Baiuv. 14,4 -l, quod (quem *var. l.*) ledisti (*cf.* 14,6 possessor -is [-li, -lii *var. l.*] laesi). CHART. Fuld. B 35 p. 62^{b},8 cum ... hortis, -bus, iumentis, pecoribus *(item in pertinentiis:* TRAD. Patav. 51 cum terra et pratas, mancipias, -ia. CHART. Sangall. A 428 terris, -bus, ovibus, capris, porcis, bubus *eqs. al.)*. FORM. Sangall. I 9 pastum ... vel saginam -ium *(cf.* CHART. Stab. 29 p. 75,1 in pascuis -ium et porcorum. DIPL. Ludow. Germ. 103 ut ... habeant ... pasturam -bus, qui [*A*, quę *BC*] in eadem cellula sunt. *al.)*. CAPIT. reg. Franc. 31 ut ... cum suis -bus seniori suo ... araret (*cf.* CHART. Raitenh. 138 [a. 1242] sive fiant *vecturae* navigio ... seu -bus per terram). CHART. Rhen. med. I 135,114 debet unum -l senioris accipere ... et de suo nutrire. II app. 10 p. 345,22 cum quis ... de hac vita decederet, optimum -l, quod vulgo dicitur hertmal, ecclesie dari constituit (*cf.* DIPL. Conr. II. 216 p. 296,11 preciosius -l. CHART. Tirol. 733 -l melius). *persaepe. in mensura pastūs:* CHART. Rhen. inf. I 61 (a. 845) terram XX -ium et dimidiam unius *eqs.* **b** *usu communi:* ARBEO Corb. 18 p. 208,11 -is domestici. VITA Pirmin. I 8 ceterarum (ceterorum *var. l.*) ... -ium utilia castra. EIGIL Sturm. 7 ad tutamen -is sui *(sc. asini)*. WETT. Gall. 30 vehente corpus eius -i indomito ([*sc. equo*]. *cf.* WALTHARIUS 1129). ANNAL. Xant. a. 852 pabula -ium defecerunt. POETA Saxo 2,15 molles -bus herbę ... praebuerant ... pabula. CHRON. Salern. 140 populis ... et -iis ablatis (*cf.* 174). WALTH. SPIR. Christoph. II 2,81 cum suspensa cibo faveant -ia Christo. DECRET. Burch. 3,133 mea *(sc. Dei)* -ia, quae fatigas *(sc. homo)*. HEINR. LETT. chron. 16,4 p. 108,25 -ia mactant, canes et hircos immolantes. *al.* **C** *bibl. de figuris phantasticis (cf. Vulg. Ezech. 1,5sqq.; apoc. 4,6sq.):* WALAHFR. Wett. 119 refert scriptura Iohannis ante retroque -ia sancta oculata fuisse. HRABAN. carm. 39,87,2 bis binis coram stantibus, unitis -bus. CHART. Naumb. 104 ad instar cęlestium -ium alter ad alterum dilectionis pennas iungamus. ALEX. MIN. apoc. prol. p. 5,11 Ezechiel quatuor -ia vidit, sic quatuor -ia vidit Iohannes. 4 p. 60,8 quatuor ... -ia virtutum sunt quatuor genera. p. 65,3 alii dicunt per quatuor -ia quatuor regna designari *eqs.* ALBERT. M. Is. prol. 2 p. 6,43 in -bus Ezechielis. *al. de hominibus:* BRUNO QUERF. Adalb. A 13 divinum -l *(sc. Adalbertus)* habens oculos ante et retro. fratr. 2 p. 719,2 preciosum -l (11 p. 727,27). **D** *alch.:* ANON. secret. p. 78,1 quaedam ... sunt aquae ... ex -bus et ex animatis egredientes, ut testudine, ovis *eqs.* (*cf.* p. 42,26). p. 78,8 alii aquam -is seu oleum nuncupaverunt. *al. in nomine ficticio:* Ps. GERH. CREM. sal. I 19 p. 23,20 est *mercurius* ... fons -is, de quo qui bibit, non moritur. MORIEN. ROM. alch. p. 515^{a},58 naturaliter haec res uulphi, id est -l, appellatur.

***animalifico**, -are. *pullos viventes parere – lebendige Junge gebären:* ALBERT. M. pol. 1,6^{1} p. 46^{a},15 animalia ... ovificant ...; alia autem -ant (*p. 1256^{b},13* ζωοτόκει), id est animalia pariunt.

subst. **animalificans**, -antis *n. animal pullos viventes pariens – lebendige Junge gebärendes Lebewesen:* ALBERT. M. pol. 1,7^{a} p. 60^{a},45 tam in ovantibus quam in -bus.

***animaliolum**, -i *n.* **1** *bestiola – kleines Tier:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 158,14 mures, lacertos, grillos et huiusmodi -a. **2** *iumentum – Zugtier:* PASS. Flor. 9 mulier ... iungens -a (animalia sua *var. l.*) ad fluvium properavit. *ibid. bis.*

***animaliphagus**, -a, -um. (*cf.* ζωοφάγος) *carnivorus – fleischfressend:* ALBERT. M. pol. 1,6^{f} p. 44^{b},7 animalium 'quaedam' sunt '-a' (*p. 1256^{a},25* ζωοφάγα), id est animalia comedentia ..., quaedam fructiphaga.

animalis, -e. **I** *adi.:* **A** *animae (sc. principii vivendi et cogitandi) proprius – der Seele (als Lebenskraft und Denkprinzip) eigen (def.:* ALBERT. M. caus. univ. 2,1,16 p. 459^{b},19 operatio -is ab anima et non ab animali dicta): CONSTANT. AFRIC. theor. 2,1 p. 5b^{r} actiones sunt tres: spiritualis, naturalis et -is, quibus corporis instrumenta sunt similia. ALBERT. M. sent. I 8,26 p. 260^{a},23sq. spiritus est instrumentum animae quoad operationes primas ipsius, quae sunt vitalis, naturalis et -is ...; per -em *spiritum influit anima* -ia *opera*, ut sunt sensus et motus. spirit. 1,2,1 p. 231^{b},14 principium ... -is *spiritus* dicit *Galenus (cf. Galen. ed. Kühn V. p. 644,13sq. al.)* esse in cerebro per nervos sensibiles et motivos. 1,2,4 p. 237^{a},24 sentire ... et imaginari et memorari et intellegere animae vocantur opera: et ideo vires illae et spiritus -es vocantur *eqs.* veget. 1,71 iudicium totum est -e et non corporale. nat. anim. 1,8 p. 17,35 tres habet *nobilis anima* operationes, divinam ... et intellectualem et -em *(cf. notam ed.)*. caus. univ. 2,1,5 p. 458^{b},10 dico ... -em *operationem* ... influxivam vitae et motus localis. *al. remissius:* CARM. Bur. B 105,1,3 dum ... langueret -is, prevaleret naturalis virtutis dominium. *mus.:* ABBAL. serm. 20 p. 122^{A} alia *musica, quam docet Deus*, ... est -is, alia spiritalis, alia coelestis; -is est musica, quando sensus exteriores nihil superfluum appetunt et a ductu rationis nequaquam discordant *eqs.* **B** *ad animantia pertinens – den Lebewesen zugehörig:* **1** *vivus, animatus – belebt, beseelt:* **a** *philos. et natur.:* ALBERT. M. sent. I 8,26 p. 260^{a},42 de actu vitae, quae est anima, cuius effectus dat esse -e. veget. 2,20 quaedam *animalia* sunt perfecta in participando potentias -es et quaedam sunt imperfecta. *al. v. et p. 663,55.* **b** *alch.:* ANON. secret. p. 68,29 teratur *alumen plumae* ... cum quadruplo eiusdem urinae vel cum aqua -i (-lis *cod.*). p. 72,14. PS. AVIC. anim. 7,1 p. 397 vocatur *sanguis* lapis -is (Ps. ARIST. tract. p. 787, 27 l. -em, vegetabilem, mineralem). *al.* **2** *vitalis, animans – belebend, beseelend: v. p. 663,63.* **C** *carnalis, terrenus – fleischlich, irdisch (cf. Vulg. I Cor. 2,14. 15,44sq.):* HRABAN. univ. 7,8 p. 199^{D} in corpore -i significat *apostolus* praesentis vitae statum, quamdiu homo gerit corpus mortale. NADDA Cyriac. I 8,4 tu, homo -is, minime quę Dei sunt, sapis. CHART. Eberb. 19 p. 40,5 secundum necessitatem -is hominis, sine qua spiritualis ministerium suum nequit explere. *al.* **D** *brutus, stultus – unverständig, einfältig:* VITA Udalr. Cell. II 41 (21) erroneo populo adhuc rudi, adhuc -i.

II *subst.:* **A** *masc.: homo terrenus – irdischer Mensch:* AMALAR. epist. 6,8 tui -es, inflati munditia corporis. off. 1,12,3

(bis). OTTO FRISING. chron. 8,27 p. 438,4 ad hanc ... vitam mortalem ... nascentes -es seminamur. **B** *neutr.:* **1** *quod animae proprium est – das Seelische:* PS. PLATO quart. 3 p. 129,24 per -e est, quod cognoscitur naturale. **2** *animatum – das Belebte:* ALDH. ad Acirc. 7 ab -i ad inanimale *(cf. Isid. orig. 1,37,3)* metaforice retulit. FROUM. epist. 74 ab -i hoc inanimale *(sc. epistola)* pro -i mittitur ad -e. *alch.:* PS. CALID. secret. 3 quidam ... nominaverunt ea *(sc. naturas rerum)* mineras et quidam -e, quidam autem herbale.

adv. **animaliter.** **1** *animae (sc. principio vivendi et cogitandi) convenienter – der Seele (als Lebenskraft und Denkprinzip) gemäß:* ALBERT. M. animal. 3,41 quae in cerebro accipiunt virtutes -r operantes. veget. 1,68 -r ... inesse *animalibus* dicunt sensum, quando inest secundum solum animae actum vel passionem. caus. univ. 2,2,44 p. 545^{a},34 in anima ... nobili -r secundum eius proportionem et possibilitatem *sunt haec omnia. al.* **2** *spiritualiter – geistig:* RATHER. apol. 5 pascere ... gregem ... -r ... et, opus si fuerit, corporaliter. epist. 26 intus *(sc. in ecclesia)* .. esse corporaliter ..., sed -r in atrio exteriori stare. **3** *carnaliter – fleischlich, körperlich:* ARNO REICHERSB. apol. p. 84,6 cognoscetis non me *(sc. Christum)* -r ut alterius pecoris carnei ... coctum ... manducandum. ALBERT. M. summ. theol. II 8,31,2,3 p. 350^{b},19 inter vitam -r viventium et beatorum. **4** *brute, stulte – unverständig, einfältig:* RANGER. carm. 413 non ita desipuit -r architriclinus *(cf. Vulg. Ioh. 2,9)*.

animalitas, -atis *f.* *natura animantis propria – die für ein (tierisches) Lebewesen charakteristische Natur:* HONOR. AUGUST. eluc. 2,13 illa *vis,* qua corpus vivificatur, -s vel carnalitas vel sensualitas nominatur *eqs.* cant. 6,10/11 p. 454^{b} tria sunt in homine, caro, -s, spiritus ...; -s *est* libitum carnis. ARNO REICHERSB. apol. p. 57,29 de -e in spiritualitatem. OTTO FRISING. gest. 1,55 p. 77,30 qualis est a plurium similitudine maior corporeitas, minor -s, minima ... humanitas significata. ALBERT. M. myst. theol. 5,1 p. 860^{b},23 habet ... homo naturam -is. spirit. 1,2,5 p. 238^{a},28 cum ... nutrimentum sit secundum formam membrorum ..., oportet, quod nutriens ea operetur ad -em. animal. 7,6 in natura ... -is plurimi sunt gradus. 16,62 quando fiunt organa sensus, inest virtus -is. 21,40 minus de -e et plus de plantae natura habet stincus. anal. post. 2,4,6 p. 218^{b},40 quia -s est causa inhaerentium animali. PS. PLATO quart. 4 p. 168,41 quod dicit *philosophus,* quod necessarium est ... genus humidum, significat -em *eqs. al. v. et p. 664,7.* *Sroder*

***animamen,** -inis *n.* *anima, vita – Seele, Leben:* ARNULF. delic. 152 agnitor est renis fingens -a *(H recte, cf. Voigt p. 383;* animantia *V, ed.)* membris.

animatio, -onis *f.* **1** *actio animandi, animalitas – das Beseelen, Beleben, Beseelt-Sein, Belebt-Sein:* ALBERT. M. animal. 16,9 humidum ... est causa vitae, terrestritas autem sicca ... remota est ab -e. 16,81 de virtute spermatis et -e embrionum. 20,86 si ... -o est una specie, tunc erit -o eadem specie, quae est forma -is *eqs.* mot. proc. 2,11 p. 71,31 de -e animalium corporum. caus. univ. 2,2,39 p. 537^{b},31 *corpus aereum* ex sui -e est vehiculum virtutis vitae. summ. theol. II 12,69,2,2 p. 16^{a},49 non enim est *anima* endelechia nisi per -em, quam facit corpori per opera vitae. *al. v. et p. 664,19.* **2** *cupiditas – Verlangen:* LIUTPR. antap. 4,7^{ex}· censūs -e.

***animativus,** -a, -um. **1** *adi.:* **a** *animans, vitalis – beseelend, belebend, Lebens-:* ALBERT. M. mot. proc. 2,7 p. 67,17 spiritus ... videtur in movendo et causando motum aliquid simile habere cum primo animali sive -o principio. **b** *affectivus, irascibilis – muthaft:* ALBERT. M. anim. 3,4,1 p. 395^{a},15 dividunt animam in ratiocinativam et eam, quae ab animositate vocatur -a (*p. 432^{a},25* θυμικόν), quam quidam vocant irascibilem. **2** *subst. neutr.:* *principium vitae – Lebensprinzip:* ALBERT. M. mot. proc. 2,7 p. 67,23 *spiritus* habet ... simile aliquid ad primum -um.

animator, -oris *m.* *vivificator – Lebensspender:* GODESC. SAXO carm. I 2,2,5 summe creator et reparator ..., sis -r et recreator.

***animeitas,** -atis *f.* *essentia et virtus animae – das Seelische, Seelenkraft:* ALBERT. M. caus. univ. 2,2,36 p. 532^{a},20 -s ipsa nobilis animae constituitur ex potestate imaginativa figurae corporis *eqs.* p. 532^{b},8 anima pro certo est omne illud, quod naturam praeparat ad vitam et motum localem, et hoc est -s eius. summ. theol. II 2,6,1 p. 123^{a},34sq. animal duobus modis dicitur, scilicet ab animalitate et ab -e; angelus ... dicitur animal eo, quod actum -is et animae rationalis assumpsit.

***animella,** -ae *f.* *schedula (epistolae inserta) res secretiores continens – Beilage (eines Briefes) mit vertraulichem Inhalt:* ALBERT. BEH. epist. 17 p. 101,6sq. per -am litteris praesentibus interclusam plenius respondebo; haec est igitur -a: petitiones vestras *eqs.*

animo, -avi, -atum, -are. **I** *subest* anima: **A** *strictius i. q. animam infundere, vivificare – beseelen, beleben:* WANDALB. creat. mund. 160 perfectum ... opus ipse inspirans -vit (*cf.* 208). ALBERT. M. anim. 1,2,15 p. 184^{a},30 *partes animae* non -ant rem secundum perfectum modum animationis. 3,5,4 p. 418^{b},45 dicunt tres substantias esse unam animam, eo quod in uno actu -andi uniuntur *eqs.* (*cf.* animal. 20,86). summ. theol. II 13,77,2 p. 72^{b},9 oportet disponi corpus ad hoc, ut -etur. *al.* **B** *latius i. q. recreare, firmare – kräftigen, stärken:* WALAHFR. Wett. 198 ad hanc vitam quoniam cibus ille -vit (gloss. cod. O: confortavit). EPIST. Teg. I 20 marcescentes artus ... penes vos aliquantulum -are cupimus.

II *subest* animus: **A** *strictius:* **1** *erigere, incitare – ermutigen, ermuntern, anreizen:* BEDA hist. eccl. 2,6 p. 93,1 Petri flagellis simul et exhortationibus -tus famulus Christi. NOTKER. BALB. gest. 1,5 p. 8,21 instinctu Dei ... -tus. 2,6 elevatos *(missos)* consolatoriis allocutionibus -are. EPIST. Teg. I 1 huius magnae spei securitate -ti (*cf.* DIPL. Westph. 214 p. 281,18 spe futurę retributionis -ti obtulerunt). FROUM. carm. 4,3 tu me nempe fugis, numquam ex te -bor, amabor. BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 288,12 consiliariorum suorum vecordiis commonitus et -tus. OTTO FRISING. chron. 4,26 p. 218,3 de hoc, quod ... virum potentissimum ... occidendum intellexit, -tus. *al.* ad: RIMB. Anscar. 41 p. 76,17 ad divinum ... servitium. POETA Saxo 1,136 quos -vit ad hoc longinqua profectio regis. OTTO FRISING. chron. 3,27 p. 167,6 ad patientiam. FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 20,8 falco -bitur perinde plus ad eundum ad loyrum. ut: ADALB. MAGD. chron. a. 964 p. 174,15 Benedictus ..., diutius ut imperatori resisterent, Romanos -vit. CHART. episc. Halb. 572 p. 507,15. *al. c. inf.:* FRID. II. IMP. art. ven. 5 p. 158,22 ut minus animosior *falco* -etur per ipsum volare ad aironem. **2** *pass. sensu mediali i. q. animum intendere – sich zuwenden:* **a** *c. sensu appetendi:* ADALBOLD. Heinr. 5 Benno ut sapiens non -batur ad regnum. **b** *c. sensu insistendi:* LAMB. TUIT. Herib. 1,8 p. 746,46 *sacerdos* a primordio repetens eidem -atur operi. **B** *latius:* **1** *adiuvare, sublevare – unterstützen, aufrichten:* EPIST. Worm. I 36 p. 67,32 dives ... divitem tantum ... invitat ad caritatem nec pauperis ... movetur -are tantillitatem. ACTA imp. Stumpf 87 p. 97,20 pia vota roborantes modis quibus possumus -are. **2** *afficere – erfüllen, beseelen:* TRAD. Frising. 106 (a. 782) quidam vir religiosus -tus cum divino timore. THIETM. chron. 6,7 plebeios ... servili presumptione -tos. EPIST. Teg. I 98 comperi, quod me affectu -vit inedicibili *eqs.* CHART. cell. Paulin. 20 p. 26,25 hoc ... zelo karitatis -tus pro ... abbatia ... multum laboravimus. *al.*

adi. **1. animans,** -antis. *vi animae praeditus, vigens – mit Seelen-, Lebenskraft ausgestattet:* ALBERT. M. princ. 3,1 p. 332^{a},3 bruta meliores ... accipientia complexiones ... sunt -iora, hoc est in viribus animae et actibus potentius operantia *(ex Gilberto Porret. PL 188,1261^{A}).*

2. animandus, -a, -um. *qui incitari potest – erregbar:* OTTO FRISING. chron. 7,8 p. 318,23 Saxoniam, terram et gentem contra regnum facile -am.

3. animatus, -a, -um. **I** **A** *anima praeditus, vivus – beseelt, belebt, lebendig:* **1** *gener.:* WANDALB. creat. mund. 128 telluris superabat pars, quae iussa -as posset gignere for-

mas. FRID. II. IMP. art. ven. prol. p. 4,6 venari . . . cum instrumentis -is. CHART. Turg. III 446 p. 243,33 omnes res -as seu inanimatas . . . trado. **2** *spec.:* **a** *theol.:* LIBER diurn. 73 p. 72,19 *Christum* credimus . . . sumpsisse veram carnem -am anima rationali. GODESC. SAXO theol. 21 p. 291,13 de seminibus -is (*cf.* p. 291,24sqq.). **b** *philos. et natur.:* GUNZO epist. 15 p. 49,22 oritur . . . de celestibus corporibus quęstio, utrum -a sint an inanimata *(cf.* ALBERT. M. veget. 1,24 coelestia . . . -a non erunt, eo quod sint impassibilia *eqs.).* ALBERT. M. veget. 1,20 sensus . . . solus est causa, quare illa animalia esse dicantur viva et -a. 1,69 agens et patiens . . . in his, quae -a sunt, est anima. 1,71 in vegetabilibus ultimum suscipiens est corpus -um et numquam anima sola. animal. 1,427 mery est pellis -a. 16,46 utrum sperma plantarum et animalium sit -um (*p.* 735^{a},5 ἔχει ψυχήν) vel inanimatum. *ibid. saepe.* **c** *alch. (cf. p. 658,53sqq.):* ANON. tab. p. 190,7 ipsa est cinis -us. ARTEPH. secret. p. 24 istud argentum vivum vocatur sal -um et praegnans et ignis. Ps. ARIST. tract. p. 791,36 hic lapis -us Rebis vocatur, cum in se continet perfectionem omnis rei. *al.* **B** *animae (sc. principii vivendi et cogitandi) proprius, animalis – der Seele (als Lebenskraft und Denkprinzip) eigen, seelisch:* CONSTANT. AFRIC. theor. 2,1 p. 5b^{r} membra virtutem -am sequentia vocantur -a (MAURUS [?] anat. II p. 10,9. RICHARD. ANGL. anat. II p. 81,5sq. membrorum alia -a, alia spiritualia, alia nutritiva, alia generativa; inter -a membra principalius est cerebrum). 3,21 p. 12a^{v} quo . . . *spiritus vitalis* in -um spiritum facile queat mutari. 4,1 p. 14b^{v} alia *virtus* dans sensum et voluntarium motum et intellectum similiter est anime et vocatur -a. *al.*

II *affectus – gesinnt:* RUOTG. Brun. prol. p. 1,14 qui ab inicio sic fuit -us, ut non magis sua causa se putaret natum quam nostra.

subst. **1. animans,** -antis *(m., f., n.)* **1** *latius i. q. animal – Lebewesen:* HRABAN. epist. 37 p. 473,25 de homine et partibus eius et reliquis -bus. POETA Saxo 3,30 cum nox omnigenis -bus alta quietem suggereret. **2** *strictius i. q. bestia, pecus – Tier, Vieh:* LEX Alam. A capit. 95 (codd. 6.7) de venationum -bus et reliquis furatis vel occisis. WILLIB. Bonif. 9 p. 57,7 tam hominibus quam etiam -bus. LIBRI Karol. 4,21 p. 241,13 pecualis -is. WALAHFR. Gall. 2,18 silvestribus feris vel -bus. GODESC. SAXO theol. 21 p. 293,3 more brutorum -ium. DIPL. Arnulfi 31 omnium -ium et iumentorum. DIPL. Heinr. I. 23 in annona, in censibus, pecoribus et cunctis -bus. *al. v. et p.* 660,59.

2. animatum, -i *n. quod vivum est, animal – das Belebte, Lebewesen:* **1** *gener.:* DIPL. Loth. III. 31 tradidimus abbaciam . . . cum omnibus ad eam pertinentibus . . ., -is et inanimatis, mobilibus seu inmobilibus. EPIST. Reinh. 101 villam ... cum -is et inanimatis ... diripiens. **2** *spec.:* **a** *philos. et natur.:* ALBERT. M. veget. 1,24 quid sit animal sive -um nobile, quod circumeundo coelum continet. 1,25 cum . . . -um ab inanimato differre videtur duobus maxime, sensu scilicet et motu. 1,85 in his autem . . . multa sunt, quae non nisi potentia habent formas -orum sicut semen. 2,4 vocamus plantam proprie, quod vocatur vivum vel -um occultum. animal. 7,6 tales operationes omnibus -is sunt universales. *al.* ANON. lum. p. 62,24 horum, quae elementorum beneficio subsistunt, tria sunt genera: -um, vegetabile et lapis. **b** *alch.:* ANON. miseric. 140 -um de suis confectionibus generatur cum aqua et aere et igne.

animositas, -atis *f.*

I *proprie:* **A** *gener.:* **1 a** *audacia, fortitudo – Mut, Kühnheit, Tapferkeit:* SALOM. II. epist. 40 p. 422,14 qui *(caballus)* pernicitate Cillarum, -e Rhebum . . . antecellat. REGINO chron. a. 870 p. 101,9 tanta huius principis duricia, tanta -s fuit. SERMO nat. virg. 11 fortitudinis -s. OTTO SANBLAS. chron. 20 p. 24,2 videns . . . milites Teutonica -e alacres (*cf.* 35 p. 53,1). *al. meton.:* ADEMAR. hist. 3,30 in gravi praelio decertantes Francorum et Aquitanorum -es. **b** *temeritas – Verwegenheit:* HEINR. LETT. chron. 4,7 quorum -em ceteri videntes . . . eos impugnant. FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 56,14 hoc accidit eis *(girofalcis)* ex -e, per quam credunt vincere illas *(aves magnas).* **c** *confidentia – Zuversicht:* THANGM. (?) transl. Epiph. 5 gratia Dei -e freti . . . tandem invenere sepulchrum. **2 a** *inimicitia, adversitas – Feindseligkeit, Feindschaft:* ADALB. MAGD. chron. a. 953 p. 166,17 -es et consilia occulte contra eum facta palam coeperant apparere. THANGM. Bernw. 18 p. 766,52 ob hoc -em invidiamque plurimorum in se commovebat. BERTH. (?) annal. a. 1079 p. 321,21 accusationum . . . excogitamenta ipse . . . tumultuosa nimis -e inportunus illic . . . concinnabat. OTTO FRISING. gest. 2,28 p. 133,9 rudis populi animis premolli dogmate ad -em accensis. *al.* **b** *exacerbatio – Erbitterung:* EINH. Karol. 7 p. 9,29 *bellum* magna utrimque -e . . . gerebatur. **c** *violentia – Härte:* BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 281,40 Saxonibus . . . illi non parvum infensis . . . utpote tam saeva et iniuriosa -e ipsius maiestative depressis. **d** *anticipatio – Voreingenommenheit:* GODESC. SAXO conf. p. 71,20 si haec . . . -e deposita sollerter inspiciant (*sim.* theol. 24 p. 340,25). **3** *conturbatio – Erregung:* ALBERT. M. animal. 24,35 garcanez animal ... fluviale ... mordens retia erumpit non tam fortitudine quam -e. **4** *superbia, arrogantia – Hochmut, Anmaßung:* ANNAL. Petr. Erf. III a. 1180 p. 65,19 imperator querimonie principum super ducis intolerabili -e satisfaciens. **5** *magnanimitas, mens – Edelmut, (hoher) Sinn:* EINH. Karol. 11 p. 14,11 cuius contumaciam ... -s regis ferre nequiverat. MIRAC. Bav. 3,1 nec fas est credi -em sanctorum sic velle irasci, ut nequeant placari. CHART. Solod. 210 p. 110, 5 multis preditus . . . virtutibus, prudentia, sapientia, -e.

B *spec.:* **1** *philos. i. q. affectiva pars animae, irascentia, passio – Muthaftigkeit, das Muthafte, Affekt:* ALBERT. M. summ. creat. I 4,67,5 p. 689^{a},31 loco concupiscibilis in intellectuali natura est voluntas et loco irascibilis animus, secundum quod -em animi habitum consuevimus appellare (*cf.* p. 689^{b},5). anim. 3,4,1 p. 395^{a},15 dividunt animam in ratiocinativam et eam, quae ab -e vocatur animativa. top. 4,3,1 p. 380^{a},29 cum sit *timor* in anima secundum -em, hoc est secundum irascibilem, quae -e (*p.* 126^{a},8 ἐν τῷ θυμοειδεῖ) movetur. *v. et p.* 667,19. **2** *iur. i. q. impugnatio – Anfechtung:* DIPL. Arnulfi 140 p. 212,32 sine alicuius -is impedimento divinis laudibus . . . insistere. TRAD. Patav. 90 ut . . . securiter et absque ulla -e iam dicta tradicio me habere liceat.

II *translate:* **A** *vis – Kraft, Macht:* RUP. TUIT. off. 9,7 p. 256^{D} tota pene huius euangelicae -s tubae. **B** *fomentum – Zündstoff:* VITA Aldeg. II 22 (ASBoll. Ian. II p. 1039) concha fervens in partem se vertens -em igni subministravit.

animosus, -a, -um. **1** *audax, fortis – mutig, kühn:* WIPO prov. 61 iuvenis -us senex fiet gloriosus. gest. 1 p. 12,15 -o impetu. CONSTANT. AFRIC. theor. 1,12 p. 3a^{r} homo non -us, piger. CHRON. reg. a. 1152 (rec. I) erat . . . vir militari virtute strenuus et, quod regem decuit, valde -us. FRID. II. IMP. art. ven. 4 p. 99,1 *falco* erit -ior . . . ad gruem (3 p. 44,3. *cf.* ALBERT. M. animal. 17,5 aves). *promptus – entschlossen:* BERTH. (?) annal. a. 1080 p. 324,20 cui rex Roudolfus . . . occursare -us . . . bello congredi . . . destinavit. *al.* **2** *excitatus, iracundus, acer – erregt, aufgebracht, erbittert:* EPIST. Col. 7 p. 250,6 quos . . . ardor -ae contentionis exanimat. BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 286,17 rex . . . apud Oppinheim villam . . . minax et -us consedit. a. 1079 p. 321,40 turbidus satis et -us Heinricus rex. *al. irascibilis – reizbar:* NOTKER. BALB. gest. 2,12 p. 73,11 ut omnes debiles -iores sanis esse consueverunt (2,21 p. 91,15). **3** *animatus – erfüllt, beseelt:* BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 278,37 rex autem alia -us intentione venerat, ea scilicet *eqs.*

adv. **animose. 1** *alacriter, audacter – lebhaft, kühn:* FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 20,31 *falco* vadit -e ad loyrum (4 p. 100,15). **2** *studiose – mit Eifer:* EINH. Karol. 13 p. 15,25 *bellum* et -ius quam cetera et longe maiori apparatu administravit. **3** *superbe – hochmütig:* ANNAL. Petr. Erf. III a. 1180 p. 64,21 Heinricus . . . presenciam sui regie maiestati iam diu -e subtrahens.

animula, -ae *f. script.* -mol-: *p.* 667,2.6.

[Payr]

1 *anima (parva) – (kleine) Seele:* Visio Baront. 5 nocere ad istam -olam. Godesc. Saxo theol. 21 p. 290,16 si homines de uno . . . verme unum . . . corpus et unam animam habente tot vermiculos, tot corpuscula, tot -as . . . secando potuerunt facere. *c. sensu humilitatis:* Trad. Frising. 400[a] p. 342,6 (a. 818; *ex Italia*) pro refrigerio -ole meae (p. 342,38). Epist. var. II 24 meae parvitatis -ae hinc abeuntis vel in hoc corpusculo commorantis memores esse. Dipl. Otton. I. 36 pro Dei amore nostraeque -ae remedio. **2** *papilio – Schmetterling (cf. Goetz, Corp. Gloss. Lat. VII s. v.* papilio): Gloss. IV 181,17 St.-S. -a musca, que dicitur bitterfliuge.

animus, -i *m. script.:* ha-: Dipl. Merov. I 71 p. 63,28. ane-: Dipl. Merov. I 19 p. 20,28. anni-: Form. Marculfi suppl. 6 p. 109,11 *cod. A 1. form.: nom. sg.* -os: Epist. Desid. Cad. 1. *acc. pl.* -us: Iulian. Tolet. Wamb. 15.

mens – Geist, Sinn: **I** *latius de humanae naturae spirituali principio omnes animae virtutes in se continente (cf.* Albert. M. cael. hier. 2,4 p. 33[b],9 -us . . . secundum Anselmum tripliciter dicitur, scilicet animositas . . ., secundo modo ipsa concupiscentia . . ., tertio dicitur motor -ae, . . . et hoc est intellectus): **A** *spiritus, anima – Sinn, Seele, das Innere:* **1** *proprie:* Willib. Bonif. 1 p. 4,30 labentia cuncta -o subiecerat. Arbeo Corb. 21 p. 212,9 facinus -i vulneris nefandum confiteri. Eigil Sturm. 7 Deum gemitibus -o ad caelum levato orabat. Walahfr. Wett. 664 dulcis enim est -o carnique insana voluptas. Hraban. epist. 30 p. 449,1 -us sentiebat se *in multas partes esse divisum. Rimb. Anscar. 29 p. 60,4* quantum ad eius pertinuit -um, *ibi ille* sine dubio pro Christo passus est. Poeta Saxo 5,218 pro meritis -i gloria proveniet. Widuk. gest. 1,12 divinum ei -um inesse caelestemque virtutem. Gerh. August. Udalr. I 23 p. 408,32 in indumento ... habitus exterioris ... voluntatem cognoscere -i interioris. Wipo gest. prol. p. 5,24 -os humanos aeternos esse et . . . animam post animal non perire. Epist. Ratisb. 25 p. 363,13 hanc vim *(sc. principium motus)* ad mensam phylosophię sedentes -o tribuunt. *saepe. sensu attenuato:* Willib. Bonif. 4 p. 15,19 ad consensum suae voluntatis sancti viri -um provocavit. Hrotsv. Gall. I 2,5 quo ab huiusmodi intentione Gallicani revocet -um. Thietm. chron. 1,21 merentis reginae -um ... declinavit. *al.* **2** *meton. de homine:* Hraban. epist. 3 p. 385,17 -us in bonitate dives magis aestimat devotionem offerentis quam donum. Walahfr. carm. 6,4 suscipe . . ., quae simplex humili fert ratione -us. Poeta Saxo 3,124 horror inest -is tales recolentibus ausus. Widuk. gest. 2,31 p. 92,7 amaris -is dum dulce aliquid offertur. Otto Frising. gest. 1,52 p. 75,3 ut . . . vix . . . eruditis . . ., quae ab eo dicebantur, paterent -is. *al.* **B** *natura, indoles, mores – Charakter, Wesen, Sinnesart:* Einh. Karol. 8 p. 11,22 -i magnitudine praestantissimus. 10 p. 13,17 utilitate gentis magis quam -i eius obstinatione considerata. Rimb. Anscar. 35 p. 67,3 studebat ... inimicus ... peste iam dicta *(sc. cenodoxia)* -um illius inficere. Agius epic. Hath. 196 vultum iocundum atque benignum -um. Widuk. gest. 3,6 accepta . . . potestate -um tranquillum, quem in puero gessit, exuit. Thietm. chron. 1,9 quia flexibilis est mulieris -us. Thangm. Bernw. 13 p. 764,15 Osdagus, simplicis -i vir. Otto Frising. gest. 1,20 p. 33,9 tam -i quam generis nobilitate insignis. *al. de bestiis:* Walahfr. Mamm. 20,4 parate feras, quas nostis habere cruentos atrocesque -os.

II *strictius:* **A** *de facultate cogitandi:* **1** *gener. i. q. intellectus, ratio – Verstand, Vernunft, Intellekt, das Denken:* Liber diurn. 61 p. 56,11 Deo eius -is inspirante. Trad. Frising. 369[b] testibus . . . testificantibus, ut ego Sigifrid bono -o haec omnia peregi. Amalar. off. 2,5,1 duae partes sunt -i, superior et inferior *eqs.* Walahfr. Blaithm. 61 perdidicit divina -o documenta sagaci. Trad. Scheftl. 26 tractavi in -o meo. Einh. Karol. prol. p. 2,25 nisi -o praemeditatum haberem. Hraban. epist. 47 p. 502,18 infirmitas -i mei atque ęgritudo senilis corporis. Godesc. Saxo gramm. 1 p. 358,5 anima vivit, -us et ratio sapit. Agius vita Hath. 2 in tenero quamvis corpore maturiori -o. Waltharius 104 robore vincebant fortes -oque sophistas. Dipl. Otton. I. 145 p. 226,35 quicquid . . . eorum decreverit -us. Ruotg. Brun. 25 -i plus quam corporis viribus . . . decertavit. Walth. Spir. Christoph. I 4 prudentis -i vigilantia duce. Gerh. August. Udalr. I prol. p. 384,15 praedestinata -o *(Dei)* idonea taxatione. Thangm. Bernw. 7 -o fluctuabat. 51 p. 779,30 -um . . . rationis compotem. Dipl. Arnulfi 160 p. 295,17 (spur. s. XI.) corporis et -i sanitatem. Epist. Ratisb. 1 p. 275,4sq. exercitatio . . ., quę non minimum in -o locum dignitatis obtinet, si sui obliviscitur, officium -i quasi favilla superducta soporatur. Otto Frising. gest. 1 prol. p. 10,4 tamquam -o futura presagiente. Archipoeta 10,13,1 poculis accenditur -i lucerna. Chart. ord. Teut. (Thur.) 201 rustici . . . ex deliberato -o dederunt . . . modios. Albert. M. Is. 61,10 p. 583,30 -us ... hominis sive mens et sponsus et sponsa dicitur *eqs. saepe.* **2** *spec.:* **a** *(animi) intentio – Interesse, Aufmerksamkeit:* Hraban. epist. 52 ne ... brevitas -um legentis attolleret. Wipo gest. 5 p. 26,8 *historia publica* -um lectoris ad novitatem rerum . . . attentiorem facit. Chart. eccl. Halb. I 24 universis huic pagine -um apponentibus. *remissius c. notione assentiendi:* Widuk. gest. 2,17 p. 82,4 si meae suasioni dignaretur -um inclinare. Dipl. Otton. III. 380 cuius . . . petitioni nostre benignitatis -um prebentes. *al.* **b** *memoria – Gedächtnis, Erinnerung:* Walahfr. carm. 36,4 novit Strabonem te retinere -o. Hrotsv. Mar. 402 haec . . . discens -o mandavi. Walth. Spir. Christoph. I praef. p. 64,5 cum id benefactum meę parvitatis -us . . . non aboleverit. Thietm. chron. 4,6 hoc semper iste in -o *tenuit. Statut. ord. Teut. p. 25,16 subit eciam* -um . . . bellum Machabeorum. *al.* **c** *iudicium, opinio – Ansicht, Meinung:* Einh. Karol. 31 p. 35,18 omnium -is sedit nusquam eum honestius tumulari posse. Dipl. Heinr. III. 148 p. 187,32 quibus . . . id -i idque fidei sedet, ut . . . non parum prosit, si *eqs. (cf.* 154. *al.).* Chron. Pol. 2,16 p. 82,2 vestrum dignemini nobis -um aperire, si manere liceat *eqs.* **d** *conscientia – Gewissen:* Thietm. chron. 6,13 ut eo liberiori -o hodie Deum interpelles. Archipoeta 10,21,4 cuius non est -us conscius peccati. **e** *vis, sententia – Bedeutung, Sinn:* Liber diurn. 106 p. 139,12 stilo exarante illud ad -um apostolicae consolationis reducimus, quo consolatur moerentes: *'eqs.'* **B** *de facultate sentiendi:* **1** *animae pars affectiva, cor, pectus – Gemüt, Gefühl, Herz:* Willib. Bonif. 5 p. 20,3 servum suum tanta -i pressura perturbatum. Arbeo Corb. 18 p. 208,17 nihil diffidentiae -i inherere praecipiens. Hraban. carm. 40,8 durescit qui -o. epist. 1 p. 381,13 qui in -o meo primatum tenes (*cf.* Poeta Saxo 5,56 nostri dux -i). Walahfr. Mamm. 9,24 -os per gaudia sancta refecti. 20,30 quorum ardere videt casto in amore -os. Rimb. Anscar. 32 consolatus est . . . eum Dominus spiritali in -o consolatione. Waltharius 1209 -o trepidare. Widuk. gest. 1 praef. ut ea legendo -um oblectes. Walth. Spir. Christoph. I prol. p. 66,6 commode dictis -i alacritate surrideas. Gerh. August. Udalr. I 3 p. 390,8 hilaritate vultus et -i. Thietm. chron. 7,73 omnem -i suimet motum componens. Thangm. Bernw. 17 p. 766,19 missam . . . magna -i contritione peragit. Berth. (?) annal. a. 1072 p. 275,40 multorum -os contra se excitavit. *persaepe. c. sensu favoris:* Eigil Sturm. 17 fratres -os suos ab illo propter prioris *(abbatis)* amorem avertebant. Widuk. gest. 1,9 p. 12,2 -um sibi Irminfridi connexerat (*cf.* Thangm. Bernw. 2 ut . . . eius -um sibi colligaret. Wipo gest. 6 p. 28,18 militum . . . -os . . . attraxit). Wipo gest. 2 p. 18,19 si -um populi cognovero te velle. *al.* **2** *mentis concitatio, (temporarius) habitus, affectus, passio, sensus – Gemütsverfassung, Stimmung, Empfindung, Gesinnung, Haltung:* **a** *gener.:* Willib. Bonif. praef. p. 2,4 aequo -o. Walahfr. Mamm. 20,27 postquam colla -o subrexit dura superbo. Hraban. epist. 14 p. 402,20 *opusculum* deprecor eo -o suscipiatis, quo vobis illud transmisi. Dipl. Ludow. Germ. 20 *beneficium* libenti -o ei concessisse. Rimb. Anscar. 30 p. 62,3 laeto et forti -o. Dipl. Arnulfi 19 nos . . . benigno -o petitioni eius annuentes. Widuk. gest. 1,11 motu corporis -i constantiam declarans. 3,17 ille . . . leoninum exerens -um. Ruotg. Brun. 32 religioso affectu et -o. Walth. Spir. Christoph. II 3 -i referens portenta futuri. 5,33 casta puellaris -i concordia. Gerh. August. Udalr. I 27

[Payr]

p. 413,44 relevatus mente bono -o manebat. BRUNO QUERF. fratr. 13 p. 731,36 numquam mestos -os deiecit. THANGM. Bernw. 6 imperatori affectuosissimo -o ... obsequebatur. WIPO gest. 2 p. 16,10 -um suum ingeniose quisque dissimulabat. 25 p. 44,10 fidem dedit ... nullam ultionem neque malum -um pro hac re se redditurum fore. LAMB. HERSF. annal. a. 1057 p. 70,20 universi ... uno -o, pari voluntate in electionem consenserunt. OTTO FRISING. gest. 2,30 p. 136,28 regalem servans -um. CHART. Solod. 269 p. 155,34 obstinato -o. *persaepe.* ex -o, (toto) -o *i. q. sincere, libenter – von (ganzem) Herzen, aufrichtig, gern:* ARBEO Corb. 4 p. 192,21 eum (*i.* eo) ... ex -o confitente (WALAHFR. carm. 11,2 ex -o ... libens. THIETM. chron. 5,13. *al.*). WETT. Gall. 5 optabant eum toto -o (RUOTG. Brun. 35 p. 36,14 toto ... -o conversus ad pacem. BERTH. [?] annal. a. 1076 p. 283,41). FROUM. carm. 32,60 diligo vos -o. **b** *spec.:* **α** *fortitudo, audacia, virtus – Kühnheit, Tapferkeit, Mut:* ARBEO Corb. 16 p. 206,11 victo -o. RIMB. Anscar. 42 p. 78,8 quia ... ad ... martyrium persecutor sibi, non -us defuit. POETA Saxo 1,383 armis -isque priores. WALTHARIUS 476 viros ... viribus insignes, -is plerumque probatos. WIDUK. gest. 1,9 p. 15,19 prestantes corpore et -o viros. OTTO FRISING. gest. 1,13 p. 29,21 fracti -o Franci terga verterunt. *al.* **β** *amor, propensio – Liebe, Zuneigung:* TRAD. Frising. 450 (a. 821) *filium* ingenti -o in corde adamavit. THIETM. chron. 1,9 iam ... latentis -i fervor erupit. THANGM. Bernw. 25 quos paterno -o complector, numquam ab affectu meo exulari patior. *v. et p. 668,55sqq. meton. in allocutione blanda:* EKKEH. IV. cas. 14in. quare illuc, -e mi, ... non ibimus? BERTH. (?) annal. praef. p. 269,3 noli, -e (amice *var. l.*) mi, ... plorare. **γ** *indignatio, ira – Erbitterung, Zorn:* TRAD. Frising. 304 (a. 812) superato -o in amore Dei expulsionem meam libenter sustineo. THIETM. chron. 5,38 rex ... lenivit in hoc suimet -um, quod *eqs.* **C** *de facultate concupiscendi:* **1** *propositum, voluntas, consilium – Absicht, Wille, Entschluß:* EINH. Karol. 11 p. 14,15 -um ducis per legatos statuit experiri. VITA Mathild. II 15 dicens sibi esse -um regionem visitare Romanorum. VITA Bonif. II 7 est quidem -o proficisci. WIPO gest. epist. p. 3,13 mihi ... is -us est ... utriusque acta referre. DIPL. Heinr. III. 54 p. 71,27 eo -o, ut concambium beato Paulo daret. CHART. archiep. Magd. 194 p. 253,2 *donationem* firmavimus ... eo ... -o et studio, ut nullus ... illam presumat confringere. STATUT. ord. Teut. p. 82,22 si fratrem lapide ... -o nocendi petierit. *al. sensu remissiore (vigente notione cogitandi):* WILLIB. Bonif. 1 p. 5,14 patri ... haec, quae -o gerebat, revelavit. TRAD. Patav. 7 statui in -o meo ... aliquid Deo conferre. EIGIL Sturm. 6 p. 368,33 erat ... -o intentus ... monachicam ... instituere conversationem (POETA Saxo 5, 428 i. bellis continuis animo. *cf.* THANGM. Bernw. 51 p. 779,23 hoc ... opus quam mature -o intenderit). EINH. Karol. prol. p. 1,4 postquam scribere -us tulit. WALAHFR. Blaithm. 82 unde -o sedit ... temptare viam (CHART. Pomm. A 254 p. 552,3 cum sedisset -o nostro, ut *eqs.*). RUOTG. Brun. prol. p. 2,16 precepti ... vestri dignitatem ita venerari ... -um induxi (49 p. 51,34 que in -um induxi de rebus ... dispensandis). GERH. AUGUST. Udalr. I 21 -o decrevit ..., ut *eqs.* CHART. Hall. I 99 apposui -um, quatenus. *saepe.* **2** *desiderium, appetitus – Wunsch, Verlangen:* LIBER diurn. 90 poscentium -is alacri devotione inpertire assensum. ARBEO Emm. 45 statim edenti (edendi *var. l.*) intra visceribus stomacho -us aderat. FRID. II. IMP. art. ven. 5 p. 154,15 augebitur sibi *(falconi)* voluntas et -us volandi. **3** *libido, cupiditas – Begierde, Leidenschaft:* ALBERT. M. animal. 6,100 nigromantici quaerunt ipsum *(sc. hippomanes)* ... ad compellendum -os feminarum.

***anisinus,** -a, -um. *ex semine anisi confectus – Anis-:* TRACT. de chirurg. 911 olei muscellini, olei -i et pulegini, olei lauri *eqs.*

anisum, -i *n.* (ἄνησον) *script.:* aniss-: *p. 670,7.9. adde* RECEPT. Bamb. 17. anisium: GLOSS. III 525,11 St.-S. 546,12 *cod. b.* anes-: *p. 670,13.16. adde* ANTIDOT. Bamb. 15. anessu: *p. 670,9.* anexum: *p. 670,10.* amiso: ANTIDOT. Sangall. p. 88,35. *form. gen. sg.* -u: PAUL. AEGIN. cur. 211 p. 149,22. *metr.* -nis-: *l. 19.*

cuminum dulce – Anis (Pimpinella anisum L., cf. Tschirch, Hb. d. Pharmakogn. II. p. 1193): PAUL. AEGIN. cur. 37 crisma ad cefaleam: ... opii miconis, -i (*3,5,5* ἀνίσου), iusquiami ... ana ʒ II. 58 p. 35,13 cataplasmata ... eorum, que ad inflationes, selinum aut -ssum aut ciminum. 138 odorifera ... sedant sternutationem, -um, ozimum. ANTIDOT. Lond. p. 19,10 -sso -i, apii semen -i. ANTIDOT. Bamb. 11 -essu, petrosilino. ANTIDOT. Glasg. p. 130,17 -exum -iiii. RECEPT. Bamb. 10 -esum sepius in manu teneat. CAPIT. reg. Franc. 32,70 p. 90,4 quod in horto omnes herbas habeant, ... dragantea, -esum, coloquentidas. CONSTANT. AFRIC. grad. p. 376,12 -um calidum et siccum est in tertio gradu. DIAETA Theod. 206 -us calefacit et desiccat nimis *eqs.* HILDEG. caus. 4 p. 186,8 calor -esi humores commovet. IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 5a^v -um ... alio nomine dicitur ciminum dulce; semen est cuiusdam herbe, que simili nomine appellata est. Ps. OTHO med. 24 copia dulcoris dos est -i melioris. ALBERT. M. veget. 6,272 -um alio nomine feniculum Romanum vocatur. 6,273 -um est aperitivum cum aliqua parva stypticitate. *al.*

***anitícius** *v.* *anethicius.

***anitíes** (-cies) *subst. senectus – Alter:* GLOSS. IV 196,46 St.-S. -cies eldi. *cf. ThLL. II 106,4sq.* *Payr*

***anna** *interi.* (הוֹשִׁיעָה־נָּא *et* אָנָּא) *oh, salve – ach, heil (spectat ad Hier. epist. 20,3.5 et Isid. orig. 6,19,22):* EXPOS. miss. 22 nunc dicitur ... osanna, ante dicebatur osianna; osi interiectio est laudantis ..., -a salvifica. GLOSS. II 322,15 St.-S. -a interiectio deprecantis, quod in nostra lingua dicitur le vel leo *eqs.* 326,28 in hebreo legitur *(psalm. 117,25)* -a adonai, osianna ..., quasi barbarus dicat uuola hêrro. III 65,10 -a interiectio est, quasi dicas heilo aut willicomo. *ibid. al.* ALBERT. M. miss. 3,5,4 p. 95^a,23 -a ..., quod additur in compositione, est interiectio obsecrantis.

annalis, -e. *script.* amn-: *p. 671,36. form.:* *nom. sg.* -ius: *l. 46. abl. sg.* -e: *p. 671,34.*

I *adi.:* **A** *ad annum vel cursum anni spectans – auf das Jahr oder den Jahreslauf bezüglich, Jahr(es)-:* **1** *gener.:* PAUL. DIAC. carm. 2,5,1 percucurrit hinc -is ordo sua spatia quingentenis ... annis. DONAT. Trud. 11 (MGMer. VI p. 285,1) -i circulo revoluto. ANSELM. BIS. rhet. p. 100,14 *(de epitoma)* de -i eius *(Drogonis)* opere mensualem et de mensuali reddidimus ebdomadalem. *res memorabiles anni describens – die Ereignisse des Jahres darstellend:* POETA Saxo 5,202 -es ... retulere libri. EUGEN. VULG. syll. 34,3 testatur hoc fastus -ius ([*sc. Hier. chron. a. Abr. 468*]. CHRON. Pol. 3 p. 121,9 quodsi reges Polonos ... fastis indignos -bus iudicatis). **2** *spec.:* **a** *comput.:* **α** *ad dispositionem anni spectans – auf die Jahreseinteilung bezüglich:* BEDA temp. rat. 14,18 computus (POETA Saxo 5,553). 23,3 in -i ... libello (ALCUIN. carm. 72,3). 37,3 antiquos ... populos diverse in observatione -i a vero deviasse. AGIUS comput. 1,16 totam ... -em ipse *(Deus)* docet seriem. *al.* **β** *primum anni diem designans – den ersten Tag des Jahres bezeichnend (cf. F. Rühl, Chronologie. 1897. p. 68):* CHART. Sangall. A 845 (a. 1218) commutatio facta fuit anno ..., F -i litera ..., G litera dominicali (CHART. Turg. II 106 p. 366,3. *al. in hac regione*). **b** *eccl. i. q. per cursum anni ecclesiastici dispositus – nach dem Ablauf des Kirchenjahres eingeteilt:* GESTA Hort. Mar. 21 p. 586,3 sermones -es, quorum ... quosdam ... ad utilitatem legencium conscripsit. *fort. add.:* CATAL. biblioth. Becker 38,103 (s. X.) liber -is. **B** *annuus – jährlich:* **1** *eccl. i. q. quotannis celebrandus – alljährlich zu feiern:* WALAHFR. Wett. epil. 2,31 dies. **2** *publ. et iur.:* **a** *quotannis praestandus vel solvendus – alljährlich zu liefern oder zu zahlen (cf.* GLOSS. III 622,26 St.-S. camisam -em iarhemidi): CHART. Rhen. med. I 432 (a. 1115) excidendam concessi *silvam,* non tamen sine iure -i et utilitate conditionali. **b** *quotannis eveniens – alljährlich stattfindend:* DIPL. Karoli III. 152 p. 245,38 de mercatis -bus ... et de ebdomadalibus. CHART. Brand. A I 2 p. 366,35 (a. 1245) tempore ... nundinarum, id est -is fori (CHART. civ. Vratisl. 2). *ubi annu-*

ale mercatum habetur – Jahrmarkts-: CARM. Bur. A 182,5,1 hic est locus -is. **c** *usu communi i. q. quotannis procreatus – alljährlich erzeugt:* FORMA mon. Sangall. p. 14[b] repositio fructuum -ium. **C** *in unum annum institutus – für die Dauer eines Jahres eingesetzt:* ANNAL. Rod. a. 1131 p. 709,38 Eugenius . . . sacerdotes conductitios a pastoribus constitutos non -es, sed stabilitos comprobavit. ACTA imp. Winkelm. I 942 auctoritate . . . constitucionis nostre de -bus iudicibus . . . creandis et anno quolibet removendis. *ibid. al.* **D** *qui unius anni est – einjährig:* CHART. Sangall. A III app. B 59 p. 748,6 (s. XII./XIII.) dat II -es frussingos. p. 750,38 berbices -es. p. 751,23 unum frissingum -em vel II iuvenes. *ibid. al.*

II *subst. masc. vel neutr.:* **A** *kalendarium – Kalender:* BEDA temp. rat. 14,37 eorum *(Aegyptiorum)* -em (-es *P*) describentes. **B** *liber res memorabiles anni continens – Jahrbuch, Annalen (fere plur.; sing.: l. 19.20.34):* **1** *gener.:* WALAHFR. Ludow. prol. p. 589,2 opusculum in morem -ium Thegan . . . composuit. HINCM. epist. I 187 p. 196,8 in -i gestorum nostrorum regum. p. 196,18 -e . . . rex habet. VITA Agric. 2 revolutis . . . -bus . . . civitatis gesta antiquissima continentibus (OTTO FRISING. chron. praef. p. 1,17 Persarum rex . . . -ia . . . revolvi iussit). RANGER. Anselm. 5529 -es pontificatus ex praecio faciunt. CHRON. reg. cont. IV a. 1235 p. 267,8 quem diem rogavit imperator omnibus -bus asscribi. *al. in iudicio novissimo:* RHYTHM. 148,34,1 -bus reseratis nudabuntur publice omnium hominum facta *(cf. Vulg. apoc. 20,12). remissius i. q. narratio – Schilderung:* CASUS Gall. cont. 11 -es nostrorum laborum et dolorum . . . audire (*ex Verg. Aen. 1,373; cf.* GLOSS. II 686,11 St.-S. -es i. iartate). **2** *eccl. i. q. liber commemorationum per annos dispositus – nach Jahren geordnetes Totenverzeichnis (cf. A. Ebner, Klösterliche Gebetsverbrüderungen. 1890. p. 152sq.):* BEDA hist. eccl. 4,14 p. 235,24 presbyter . . . requisivit in -e suo. *fort. add.:* CATAL. biblioth. Becker 37,38 vita sancti Chutberti et hymni et amnales in uno codice (*sim.* 37,280). **C** *anniculus – Jährling:* FOLCUIN. Bert. 2,90 p. 166,28 (chart. a. 866) habet multones XIII, -es VIII.

adv. ***annaliter.** **1** *quotannis – alljährlich:* CHART. Rhen. med. I 151 (spur. post 905) ut . . . duos denarios . . . -r persolvam. **2** *in unum annum – für die Dauer eines Jahres:* RUD. TRUD. (?) gest. 9,27 -r . . . pono in ea *(domo)*, quem volo. *ibid. iterum.*

annalius *v.* annalis. **annalogia** *v.* analogia.

***annatim** *adv. quotannis – alljährlich:* HONOR. III. registr. 282 p. 204,7 dabunt . . . quadraginta libras . . . -m in mense Martii. *v. et* annuatim.

anne *v.* an *p. 602,36.52.* **annecto** *v.* adnecto.

annego *v.* abnego. **anneo, annexio** *sim. v.* adneo, adnexio.

1. anniculatus (ani-, -col-), -a, -um. *qui unius anni est – einjährig: v. l. 61sqq.*

2. anniculatus *vel* **-um** (ani-, anne-, hono-, -col- *sim.*), *acc.* -um *m. vel n. aetas unius anni – Einjährigkeit:* LEX Sal. Merov. 2,12 si quis tertussum porcellum furaverit usque ad -um ([anne- *A 2*, -col- *C 5*, *ed. Her.*, honocol- *A 4*, anniculum *A 1*]. caus. 1,3 usque ad ani-um). 2,13 post -um (annocol- *A 2*, annicol- *A 3. C 5*). *v. et l. 62.*

anniculus (ani-, anno-, annu-, -col- *sim.*), -a, -um. *form. abl. sg.* -colone: *p. 672,4.*

1 *adi.:* **a** *gener. i. qui unius anni est – einjährig:* LEX Sal. Merov. 2,7 si quis porcum -um (-colatum *ed. Her. in nota*, usque honocolatum *A 4*) furaverit (3,2 -um [-culatum *C 6*, aniculatum *C 5*] animal. 4,2 -um [-col- *A 2*, -culatum *C 6*, -colatum *C 5*] vel bimum vervicem). LEG. Wisig. 8,4,5 pulletrum. AESCULAPIUS 5 p. 10,10 vinum. LEX Saxon. 66 bos -us XII mensium. HROTSV. Mar. 203 agnum. ALBERT. M. animal. 8,38 cervi sunt -i in fine primi anni. *al. v. et l. 56. p. 676,68.* **b** *iur. i. q. quotannis solvendus – alljährlich zu zahlen:* CHART. Carinth. V 331 (a. 1278) teneor . . . decem libras . . . de debitis -is.

2 *subst. masc.:* **a** *animal unius anni – einjähriges Tier, Jährling:* LEX Sal. Pipp. 3,2 si quis annuculum (anni- *D 7.8*) usque ad bimatum furaverit. *latius i. q. pullus – Jungtier (fort. de ovibus, sc. vi vocis q. e.* agniculus): ACTA imp. Winkelm. I 998 p. 756,7sq. (s. XIII.[med.]) pro -colo duorum annorum tar. VII et ½, pro -colone *(sic)* unius anni tar. III gr. X. **b** *annus – Jahr:* EPITAPH. var. I 19,4 *Irmingart* multos prefuit -os.

annihilo *sim. v.* adnihilo.

***annilis,** -e. *spatium unius anni perdurans – ein Jahr dauernd:* VITA Virg. Salisb. II 19 ab esu carnium -em petit abstinentiam.

annilitus *v.* anhelitus.

***annipensionalis,** -e. *ad annuum censum pertinens – zur jährlichen Abgabe gehörig:* CHART. Westph. III 997 (a. 1276) curtim . . . cum -i tritico nobis de manso nostro . . . debito vendidimus.

annisus, annitor, anniventia *v.* adn-.

anniversalis, -e. **1** *adi.:* **a** *eccl. i. q. quotannis repetendus – alljährlich zu wiederholen: v. p. 673,37.* **b** *iur. i. q. die annualis commemorationis dandus – am Tage der jährlichen Gedächtnisfeier zu geben:* CHART. Turic. 1284 p. 3,15 (a. 1265) singulis annis ipsi superstiti unus -is simulus conferatur. **2** *subst. masc. vel neutr.: dies anniversarius, commemoratio annualis – Jahrestag, jährliche Gedächtnisfeier (de re cf. l. 68):* **a** *spectat ad obitum:* IOH. VIII. epist. A 91 intimasti . . . -em . . . imperatoris. CHART. Steph. Wirz. 3 in -i meo servitium fratribus . . . annis singulis sufficiat. SALIMB. chron. a. 1284 p. 515,14 in -i istius comitis misit uxor . . . pallium. **b** *spectat ad dedicationem:* CHART. Austr. sup. III 434 (a. 1273) dedicationem et -e monasterii . . . accedentibus dies quadraginta *remisimus.*

adv. ***anniversaliter.** *in modum anniversarii – als Jahresgedächtnisfeier:* HECEL. Clem. 2,4 (MGScript. XXX p. 905,36) cum himnodia . . . sancti -r recoleretur.

anniversarius, -a, -um. *script.* ani-: *l. 65. p. 673,20.22. adde* CHART. Brixin. 120.

I *adi.:* **A** *ad annum vel cursum anni spectans – auf das Jahr oder den Jahreslauf bezüglich, Jahres-:* ALDH. ad Acirc. 3 p. 71,24 -a temporum vicissitudo. *expressius i. q. ad annum novissimum spectans – auf das letzte Jahr bezüglich:* ALCUIN. epist. 253 p. 408,34 -o tempore plurimas . . . direxi litterulas. **B** *quotannis recurrens vel eveniens, quotannis celebrandus – alljährlich wiederkehrend oder stattfindend, alljährlich zu feiern:* **1** *eccl.:* **a** *spectat ad synodum:* CONC. Karol. 21 p. 189,13 in -a . . . concilii . . . sessione. **b** *spectat ad obitum vel annualem commemorationem eius (de re cf. l. 68):* CAPIT. reg. Franc. 170,73 ut pro abbate defuncto -um fiat officium. AMALAR. off. 3,44,16 -a dies ideo repetitur pro defunctis, quoniam *eqs.* (TRAD. Ratisb. 353. MIRAC. Otton. Bamb. I 12 p. 914[b],18 ut iam non -us, sed natalicius d. celebretur. *al. v. et p. 682,19.21). al.* **c** *spectat ad ritum, festum:* ORDO Rom. ant. p. 30[b],14 in -i . . . ieiunii puritate. GERH. AUGUST. Udalr. I 27 p. 413,10 quam *(missam)* -is solemnitatibus . . . cantare consueverat (LIBER ordin. Patav. 5,20). *al. v. et p. 673,33.677,9.10.* **d** *spectat ad dedicationem:* CHART. Hall. I 317 (a. 1265) qui capellam . . . in ipso die -o dedicacionis sue . . . visitaverint. **2** *usu remissiore:* BERNOLD. CONST. chron. a. 1086 p. 445,24 in -a die, quando . . . rex . . . Baioarios devicit.

appretio (adp-, -cio), -avi, -atum, -are. *script.:* apr-: EDICT. Roth. 377 *(var. l.)*. ROB. ARR. fund. (MGScript. XV p. 1124,23). abp-: CHART. Ital. Ficker 75 p. 102,24. -raet-: *l. 62.64sq.67. depon.: p. 813,34.37.*

I *strictius:* **A** *aestimare, taxare – (ein)schätzen, taxieren, bewerten (cf.* GLOSS. IV 131,2 St.-S. -cio vuerdon. 196,39 -cior ihc geuuerdon): **1** *iur.:* LEX Sal. Merov. 50,1 praetium adpretiare (CHART. Sangall. A 68 in precio adpreciato). LEX Ribv. 75,6 qualiter adpraetiatus fuerit *animal.* EDICT. Roth. 11 componat *homicida* ipsum mortuum, sicut adpraetiatus fuerit, id est wergild. 374 ad-etur (appr- *var. l.*) *homicida* pro libero hominem. LEX Alam. 62,1 adpraetiat eum *(caballum)* dominus eius cum sacramento usque ad sex solidos. 65,1 licet eam *(ductricem)* dominum eius adpraetiare XII solidis. LEX Baiuv. 1,4 cum XV solidis conponat auro adpreciatis (TRAD. Frising. 200^{c} XL solidos auro ad-tos). 14,8 ad-et illud pecus quid valet. CAPIT. reg. Franc. 88,2 existimatores ... ad-ent res. PRUD. TREC. annal. a. 860 p. 53,23 ut ... domus eorum et omnia utensilia adpreciaren-

[Ladner]

tur et inde statutus census exigeretur. CHART. Mar. Magd. 23 quam *(curiam)* ... adpreciatam emimus. CONO LAUS. notae p. 783,7 dedit *rex* ... vasa sua ... et lapides ..., quod -ciatum fuit IX m(ilia) marcarum. WILH. ANDR. chron. 134 cappam ad quinque solidos sterlingorum annuatim -tam ... confirmari fecit. CHART. Bund. 705 p. 181,11 II solidi mercedis in ovibus -ciatis. *saepe.* **2** *usu vario:* VITA Menel. 1,6 (MGMer. V p. 139,24) parentum ... generositatem multo adpreciavit. CARM. Teg. 37,8 quos precio tali voluit Deus -ciari. EKKEH. IV. cas. 124 animas hominum carissime -tas. *de numero:* GESTA Frid. imp. A p. 30,17 milites fuerunt -ti quindecim milia. *expressius c. sensu magni aestimandi:* ANGILB. eccl. Cent. 3 p. 177,36 instrumenta ..., quae ... tunc temporis -ciata sunt a fidelibus Dei. ALBERT. M. animal. 24,50 sunt *raythae* -tae in cibum. **B** *aequiperare – im Wert gleichsetzen:* GERHOH. Sim. p. 248,20 quibus omnibus *(creaturis)* -ciari vel comparari non potest creator spiritus. **C** *animadvertere, respicere – beachten, berücksichtigen:* VITA Menel. 1,16 (MGMer. V p. 144,40) Meneleus nec varias gladii discussiones nec ventosas minarum -cians verbositates. 2,8 (ibid. p. 153,1) angustias pii Menelei.

II *latius:* **A** *pretio agere, emere, vendere – um Geld verhandeln, kaufen, verkaufen:* EKKEH. IV. bened. I 54,23 nemo sacer sanctas velit -ciare columbas. CARM. invect. (NArch. 13 p. 571,24sqq.) hinc Ellenhardus ... -ciatarum raptores ecclesiarum omnes mutavit, aliis curiisque locavit; ast his ablatis pro partibus -ciatis, is qui vendebat velut immunis residebat. **B** *locare, conducere – leihen, dingen, pachten:* FUND. Aquic. (MGScript. XIV p. 582,42; s. XII.^{2}) fossores lapidum -ciati. WOLFGER. itin. comput. 5 p. 37,21 presbytero -ciavimus equum usque Mutinam (CHART. Meckl. 1377). 7 p. 57,17 pro -ciando curru v solidos. ALBERT. M. eth. 4,1,1 p. 273^{b},41 qui de furto scortum solvit et -atur. pol. 6,3^{m} -antur (*p. 1319^{a},17* τιμῶνται) ... non totas possessiones, id est, sub pretio locant non totas possessiones uni. **C** *compensare, solvere – entschädigen, vergüten, bezahlen:* VITA Godefr. Cap. I add. p. 529,26 quia licet digne -ari non sufficeret, libens tamen aliquantum pretii ad illorum offeret arbitrium. CHART. march. Misn. III 101 p. 84,4 custos non serviet sacerdoti ..., nisi ... -ciaverit eum. OTTO SANBLAS. chron. 43 p. 69,29 ubi se sperabant liberalius -ciari *milites.* **D** *in rationes referre – verrechnen:* CHART. Wirt. VII 2609 p. 456,28 (a. 1276) quod etiam de parte nostra tenemur -are.

adi. **appretiatus,** -a, -um. *aestimatus – geachtet:* VITA Menel. 2,3 (MGMer. V p. 150,19) innote parentele nec adpreciate persone quidam *(sc. Meneleus).*

subst. **appretiatum,** -i *n.* *taxatio – Schätzungswert:* TRAD. Frising. 432 (a. 819) quod superfuit de ad-o, hoc tradiderunt ad altare sanctae Mariae.

***appretium** (adp-, -eci-), -i *n.* *script.* apr-: *l. 51.54.* **1** *pretium — Wert:* GLOSS. IV 34,58 St.-S. -cium (apretium *b*) wert. 173,22 adprecium wert. **2** *fort. i. quod notario solvitur – viell. Notariatsgebühr:* CHART. Ital. Ficker 16 p. 21,19 (a. 886) aprecium recipatum et publica notario scripta de testibus roboratum secundum legem.

***apprimitus** (adp-) *adv.* *primo, primitus – zuerst, zunächst:* HUGEB. Willib. 6 p. 106,13 *Willibaldus* cum paucis ad-us satellitum subsidiis sanctae conversationis inchoaverat exercitium et tandem *eqs.* Wynneb. 4 p. 109,26. 7 p. 111,29. 11 p. 115,7.

apprimo (adpremo), -ere. *affligere – bedrücken:* RHYTHM. 54,1,3 me adpremit vulnus insanabilis.

apprimus (adp-), -a, -um. *script.* apr-: *p. 814,6. adde* FORM. Dion. 2 p. 496,34. *singularis, egregius – einzigartig, hervorragend:* CHRON. Lippold. 10 p. 552,11 vir -e prudentiae. *fort. add.:* CHRON. Erf. mod. I a. 1183 Cristanus Mogontinus ..., vir facie, consiliis, eloquencia et bellicis apparatibus -is *(sic; an* -us *leg.?)* et elegans.

adv. **apprime.** **1** *sensu modali:* **a** *strictius i. q. imprimis – besonders:* WILLIB. Bonif. 2 p. 8,4 *Bonifatius* divino exarsit ingenio ac lectionis ad-ae se subdidit exercitio. WALAHFR. hort. 89 dicitur occultis ad-e obstare venenis *ruta.* RUD. FULD. mirac. 1 p. 330,7 in scripturis divinis ad-e eruditus. DIPL. Otton. II. 22^{a} p. 30,37 illis ... ad-e favendum est, quos *eqs. al.* **b** *latius i. q. valde, optime – sehr (gut):* VITA Pirmin. I 3 utramque linguam ad-e sciebat. HROTSV. lib. 2 praef. 2,3 cum philosophicis ad-e studiis enutriti ... sitis. EPIST. Ratisb. 11 p. 330,19 Fabius aprime eruditus. THANGM. Bernw. 1 p. 758,43 in scribendo vero ad-e enituit. *al.* **2** *sensu temporali i. q. primo – zuerst:* ERMENT. Philib. 1,29 (MGScript. XV p. 300,20) non ... ad sepulturam capiendam fundamenta ipsius ecclesiae -e iacta fuerant, sed postea *eqs.* TRANSL. sang. Dom. in Aug. 34 *Swanahilt* salutavit ad-e fratres ... ac deinde *eqs.*

apprindo *v.* apprehendo.

approbabilis, -e. *probabilis, laudabilis – gutzuheißen(d), lobenswert:* RATHER. prael. 5,12 p. 296^{B} esset fortassis venibile, etsi non -e. epist. 30 p. 178,7 non episcopum ... in cathedra episcopali sedere, estne, rogo, -e atque legale? ALBERT. M. epist. Dion. 8^{cc} p. 963^{a},14 motus suos 'non zelabiles', id est non -es. CHART. Basil. C I 259 si *vinum* minus -e visum fuerit. CHART. Carinth. V 431 p. 277,15 personas ornatas ... vita -i. *al.*

approbatio (adp-, -cio), -onis *f.* *script.:* apr-: *l. 51.* abp-: *l. 62.*

I *comprobatio, consensus – Billigung, Zustimmung, Genehmigung:* **A** *iur. et canon.:* NICOL. I. epist. 86 p. 449,9 ex laicali ordine sine canonica -e ad patriarchatus dignitatem subito transcendere. HINCM. ord. pal. 9 electione cleri ac plebis et -e episcoporum provinciae quisque ad ecclesiasticum regimen ... provehi debet. RATHER. epist. 26 p. 139,31 *Romae* examinatio canonum, -o recipiendorum, reprobatio spernendorum. EPIST. Hann. 20 p. 49,17 ut nullus umquam papa fieret nisi per electionem cardinalium et -em populi et per consensum ... regis. CHRON. Cosmae cont. I a. 1135 p. 141,12 quatenus electio sua *(sc. episcopi Pragensis)* imperiali assensu et -e corroboraretur. TRAD. Teg. 369 facta sunt hec peticione ... abbatis ... et ad-e ministerialium. CHART. Carinth. V 243 innovacionis, -cionis et confirmacionis paginam (CONST. III 225 p. 213,30). ANNAL. Mell. Vind. I a. 1267 p. 700,26 (chart.) concilii -e precipimus. *al. remissius i. q. confirmatio, comminatio – Bekräftigung, Androhung:* THANGM. Bernw. 18 p. 767,8 episcopus ... synodum suam ... cum banni -e denunciat. **B** *theol.:* ALBERT. M. eccl. hier. 6,1 p. 739^{b},41 'ad vitalem -em' (*Dionysiaca. II p. 1378* ἀπόδειξιν), scilicet baptismum, per quem capientes spiritualem vitam approbantur a Deo. miss. 3,4,1 p. 84^{a},36 *in praefatione missae* quatuor continentur, scilicet responsionis -o, approbatae responsionis determinatio *eqs.*

II *ostentatio – (nachdrückliche) Darlegung:* **A** *strictius i. q. demonstratio – Beweis:* **1** *iur.:* CONC. Karol. 56^{A},47 sine -e ... in causis repraehensibilibus. CHART. Bund. 441 p. 341,4 episcopus ... ecclesiam suam ... semper fuisse apr-bus multis ostendebat. **2** *math.:* RAGIMB. epist. 8 p. 532,20sq. miror te dixisse meam sententiam -is inopem, dum nostra ... facilius in propositionibus quam in illa figura capiat -em. **3** *log.:* EPIST. Ratisb. 7 p. 295,18 ubi ... modi syllogismorum cum -bus laborant. **4** *usu communi:* TRANSL. Pus. 1 (praef.) illa ... duritia ... argumentis et -bus validis ... expugnata est. **B** *latius:* **1** *testificatio – Beglaubigung, Bestätigung:* DIPL. Otton. I. 163 nos ... veritatem eiustem donationis ... testium ... -e coram omnibus investigantes. COD. Thietm. 11 p. 217,10 cum consensu clericorum et laicorum et testium abp-e. **2** *iustificatio – Rechtfertigung:* LEG. Wisig. 6,1,5 p. 254,15 dispendium, quod dominus ... in ad-em innocentis servi pertulerit, ... ab iniusto accusatore ... restituatur.

III *examinatio – Prüfung:* ALBERT. M. bon. 538 p. 282,71 maiores natu non sanciunt legem per auctoritatem, sed per -em et consilium.

approbativus, -a, -um. **1** *laudativus – lobend:* VITA Karoli M. 3 praef. p. 67,17 est ... epistola per omnes et singulos sue porrectionis articulos iustissimi ... Karoli Magni -a. **2** *demonstrativus – beweisend:* ALBERT. M.

[Ladner]

epist. Dion. 9° p. 998ᵃ,23 'illam *(traditionem non symbolicam) esse* ... philosophicam ... et receptivam' (*PG 3,1105ᴰ* ἀποδεικτικήν), id est -am, quae in ipsa approbatur. **3** *approbatus – anerkannt:* REMIG. ALTISS. mus. p. 91ᵃ,17 *species numerorum* docimenae *(per errorem pro* dochmiacae, *cf. Mart. Cap. 9,990)*, id est approbatae, nominantur: docimenae a verbo δοκῶ 'approbo', inde docimenae species, id est -ae dicuntur.

approbator (adp-), -oris *m.* **1** *assentator – einer der zustimmt, gutheißt:* RICHER. REM. hist. 4,6 si vera proferat, eius verborum -es nos sine dubio habebit. CHART. archiep. Magd. 221 p. 278,38 haereseos. CHART. Brem. 323 p. 366,12 conservatoribus ... statutorum et -bus eorumdem ... introitum ecclesie denegamus. **2** *testis, auctor – Zeuge, Gewährsmann:* DIPL. Merov. II 10 p. 98,1 Wulframnus ... ad-es suos ... et testatores ad monasteria sancti Petri ... interpellavit. CHART. Solod. 171 p. 90,25 (a. 1156) huius vero cause in presentia beate memorie -es et confirmatores aderant *eqs.* CHART. Salisb. II 349 p. 488,29 colloquio nostro super ista questione habito ... idonei -es interfuerunt.

***approbatrix,** -icis *f.* *quae consentit, confirmat – eine die gutheißt, bestätigt:* ANAST. BIBL. epist. 13 p. 432,19 quae *(sapientia)* fuit alterius interpretationis hortatrix et auxiliatrix, sit etiam nostrae qualiscumque susceptrix et -x.

approbo (adp-), -avi, -atum, -are. *script.:* adp-: *rarescit in schedulis nostris post s. IX.* apr-: *p. 816,51.* abp-: *l. 55. adde* GLOSS. II 538,63 St.-S.

I *comprobare, assentiri, consentire – billigen, zustimmen, gutheißen:* **A** *strictius:* **1** *iur. et canon.:* NICOL. I. epist. 100 p. 601,20 promotionem non solum non -vimus, sed et damnavimus. ANAST. BIBL. epist. 9 p. 424,37 quae *(capitula)* ..., quia sedes apostolica non -vit, tota latinitas reprobavit. CAPIT. reg. Franc. 252 p. 247,3 subscriptio ... confirmata et laudabiliter -ta. DIPL. Otton. I. 209 p. 288,22 precatum ... pontificis congruum -antes. GREG. VII. registr. 5,5 p. 354,5 quam *(personam)* nostra ... auctoritas -are et confirmare debeat (DIPL. Loth. III. 86. CHART. Brixin. 85. *al.*). 5,6 p. 355,5 quia rem ... in prima auditione tam subito -are tutum non fuit. CHART. Babenb. II 281 curie vendicionem. CONST. II 323 lata est sententia et a principibus ac magnatibus imperii -ta. ANNAL. Mell. a. 1274 *Gregorius X.* electionem Rudolfi regis -vit. *saepe. de chartarum roboratione i. q. confirmare – bestätigen:* TRAD. Frising. 745 (a. 855) ut haec commutatio firmior habeatur, manu firmatione regis ad-bitur. DIPL. Loth. III. 80 p. 126,4 ego ... Lotharius ... traditiones ... inspexi et -vi. CHART. archiep. Magd. 272 p. 341,20 patrum ... facta ... diligendo -are et -ando ad posteros eciam per scripta transmittere. CHART. Raitenh. 352 hec omnia filius suus sub publico testimonio -vit. *al.*
2 *theol.:* GODESC. SAXO theol. 16 p. 243,15 quod ita ... probamus et -amus et satanae ministros ... refutamus et improbamus. THANGM. Bernw. 11 Deo ... aecclesiae operis effectum exterius -anti. HELM. chron. 30 p. 58,19 divina voluntate -ante sive permittente. **3** *usu communi:* REGINO chron. praef. ut *chronica* vestro perspicaci iudicio aut -etur (probetur, abp-etur *var. l.*) aut condempnetur. *pendet* quod: BEDA hist. eccl. 3,17 p. 161,34 quod ... pascha non suo tempore observabat, ... non ad-o nec laudo. quia: BEDA hist. eccl. 3,17 p. 162,1. **B** *latius i. q. laudare – loben:* CARM. Bur. B 50,14,3 cuius *(marchionis)* vires -at Grecus et Latinus.

II *ostendere – (nachdrücklich) darlegen:* **A** *strictius i. q. demonstrare – beweisen, nachweisen:* **1** *iur.:* LEX Sal. Merov. 30,3 si quis mulierem ingenuam ... alteram meretrice clamaverit et ⟨ei⟩ non potuerit ad-are. 33,2 si ... hoc per testibus ⟨ei⟩ fuerit ad-tum. CONC. Merov. p. 47,24 apostolicis dogmatibus adversarius ad-atur. LEG. Wisig. 3,6,2 p. 169,15 si mulieris maritus masculorum concubitor ad-atur. CAPIT. reg. Franc. 88,3 si -are potuerit, reddat launegild. 201,11 interrogentur *testes*, si audent per pugnam illorum testimonium -are. *saepe. c. nom. c. inf.:* LEG. Wisig. 7,5,2 p. 304,24 illis consignentur ... servituri, quibus scripturam ... lesisse fuerint ad-ti. *pendet* quod: LEG. Wisig. 9,1,4 si certe potuerit ad-are, quod fugitivum non celaverit. CONC. Karol. app. 9 p. 836,18. *c. acc. rei i. q. convincere – überführen:* HYMN. de Ansb. 14,3 (MGMer. V p. 643,3) *Ansbertus* nullum ad-tus crimen. **2** *math.:* Ps. BOETH. geom. p. 412,20 quod Architae iudicio in hoc eodem orthogonio -tum est. **3** *theol.: v. p. 815,3.* **4** *usu communi:* RIMB. Anscar. 35 p. 69,36 ut misericordiae ac pietatis eius viscera exemplis -emus. THIETM. chron. 1,13 ut idoneum in multis -at exemplum. *al. c. acc. c. inf.:* EINH. Karol. 3 p. 6,13 in hoc plus suspecti quam periculi fuisse ipse rerum exitus ad-vit. **B** *latius:* **1** *testificari – bezeugen:* CAPIT. reg. Franc. 253,2 gubernatore navis hoc ad-ante cum iuramento. THIETM. chron. 4,7 si ... id ... sacramentis credibilibus -ret. *al. c. acc. c. inf.:* THANGM. Bernw. 20 p. 768,21. *pendet* quod: GODESC. SAXO fragm. p. 38,15 ego Gothescalcus ... adfirmo atque -o coram Deo ..., quod *eqs.* **2** *iustificare – nachweisen, rechtfertigen:* LEG. Wisig. 7,2,8 ad-et se aut sacramento aut testibus innocentem. CAPIT. reg. Franc. 293,68 si *clericus* ... suspitionibus fuerit propulsatus et canonice nequiverit -ari, ... se purgare cogatur. EPIST. var. III 7 p. 146,13 si vestro vestrorumque iudicio -tus vestraque defensus sententia fuero.

III *examinare, probare – prüfen, feststellen:* CHART. Bund. 46 p. 40,10 (a. 823) si ad-are vultis, utrum vera sint an non. DIPL. Karlom. (II.) 9 si necessitas fuerit ..., per inquisitionem regalem rei veritas -etur. GERB. geom. 5,2 ut et quivis facile intelligere et in figuris ... oculis valet -are. LEO MARS. chron. 1,3 quam *(historiam)* praedictus papa Bonifatius -ans laudare dignam duxit. FRID. II. IMP. epist. (DtArch. 18 p. 197,25) tuam industriam -antes de eo, quod *eqs. aestimare – halten (für):* LEG. Wisig. 2,5,8 iniustum penitus ad-amus, ut *eqs.*

adi. **1. approbandus,** -a, -um. *laudabilis – lobenswert:* CHART. Heinr. Leon. 108 vir vita -us.

2. approbatus, -a, -um. **1** *cognitus, probatus – anerkannt, bewährt:* DIPL. Heinr. II. 337 p. 428,32 dignum et iustum ..., insuper legibus -um perspicientes libenter donamus *eqs.* GESTA Vird. cont. II 2 vir generosus et -i meriti. CHART. Brixin. 65 p. 70,7 usus -us suadet et regula rationis dictat. FRID. II. IMP. art. ven. 5,26 p. 169,9 *falco* -us est. *al. v. et supra p. 815,6.* **2** *laudabilis – lobenswert:* VITA Corb. 33 cum ... ad-is ecclesiasticis viris. PAUL. BERNR. Greg. 58 p. 505,23 veridicis et -is religiosisque viris. CHART. Brixin. 68 a principibus et magnatibus imperii -is. CHART. Merseb. 296 p. 235,17 conventui sanctimonialium ... -issima liberalitate ius patronatus ... tradidit. *al.*

subst. **approbans,** -antis *m.* *assentitor – einer der zustimmt:* GUNTH. COL. diab. cap. A 1 quae pariter ... et adicientibus et -bus notum esse potuit.

adv. ***approbate.** *pro certo – genau:* LAND. MEDIOL. hist. II 44 p. 39,42 Rolandum esse mentitum aprobatissime novit. *Ladner*

***approfero** (adp-), -tuli, -re. *inferre – einflößen: v. p. 353,35.*

***appropecto,** -pexum, -ere. *prorsus permulcere – nach vorn streichen:* LAMB. ARD. hist. 96 p. 607,37 ea *(barba)* digitis insertis appexa et -xa.

appropero (adp-), -are. *velociter accedere, accurrere, celeriter appropinquare – (herbei-, hin)eilen, -laufen, rasch herannahen:* **1** *local.:* FLOD. hist. 1,22 p. 440,18 quo decreverat aegrota se trahere, agili coepit incessu gaudens -are. WALTH. SPIR. Christoph. II 4,156 ovis ad notę cantica vocis -at. ANNAL. Quedl. a. 1024 p. 89,46 locum ... festive -at *imperator. al.* **2** *temp.:* LIBER diurn. 42 dies ... ad-at.

***appropiatio,** -onis *f.* *accessus – das Herankommen, Ankunft:* GUNTH. PAR. (?) orat. prol. p. 103ᴳ Samaritanus ... redemptor noster est; cuius -o (appropians *Vulg. Luc. 10,34*) nostrae susceptio infirmitatis.

appropinquatio, -onis *f.* **I** *de actione:* **A** *appropiandi:* **1** *proprie i. q. accessus, approximatio – das Herankommen, Hinzutreten, Annäherung:* FRID. II. IMP. art. ven. 5 p. 140,30 prohibeat *falconarius* per suam -em aironem

[Schneider]

descendere. ALBERT. M. meteor. 2,1,5 p. 523ª,32 tali ... -e solis vapor roris ascendit. *c. sensu facultatis:* ALBERT. M. meteor. 2,1,5 p. 523ª,28 cum sol liberam habet -em ad inferiora. **2** *translate i. q. assimilatio – Anpassung:* ALBERT. M. meteor. 2,1,7 p. 525ª,38 ad quam *(formam)* continue est -o per motum. **B** *adducendi i. q. allatio – das Heranführen:* ALBERT. M. metaph. 4,3,1 p. 235ª,46 est ... fascinatio, quando anima unius per visum vel aliam -em imaginationis vel excitationis operationem impedit alterius.

II *de statu i. q. propinquitas – Nähe, Nahesein:* ALBERT. M. animal. 11,82 scientia ipsorum *(animalium et arborum)* levior est propter ipsorum ad nos -em. 18,8 hoc accidit propter -em (*p. 764ᵇ,24* σύνεγγυς) quorumdam membrorum ad invicem, sicut ad patrem vel matrem, ad quam ... appropinquat sperma.

appropinquo (adp-), -avi, -atum, -are. *script.:* adp- *(cf.* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 480,9 *[v. supra p. 799,5]): praevalet in schedulis nostris usque ad s. VIII., deinde rarescit.* atp-: *l. 53.* -nc(o): *l. 35.36. adde* MARIAN. chron. a. Chr. 2,56ᶜᵃᵖᵗ. adpropincaset. *struct. local.: dat.: passim. acc.: l. 26.27.30.31.36. al.* ad: *l. 14.28.35. al.* in: *l. 31.* prope: *l. 30.* super: *l. 37.*

I *proprie i. q. appropiare, advenire, prope accedere – (heran)nahen, -kommen, sich nähern:* **A** *local.:* **1** *subi. anim.:* **a** *gener.:* BEDA hist. eccl. 3,11 p. 150,19 ad-vit atrio. VITA Hugberti 15 (MGMer. VI p. 492,11) cum ad-rent locum. ARBEO Corb. 22 p. 213,8 cum ... urbis ad-asset portam. HUGEB. Willib. 4 p. 100,26 ad-verunt ad illo *leone.* VITA Magni Fauc. 28 cum ... prope oppido ... praesul -ret. IOH. VEN. chron. p. 166,4 urbem. CHRON. Noval. 2,13 illo in loco. OTTO MOR. hist. p. 32,11 Veronam. *saepe. v. et p. 818,15. in imag. de Deo:* RUOTG. Brun. 44 p. 47,15 ut mens *morientis* ... iudici suo -anti assurgat. **b** *c. colore quodam:* **α** *c. sensu adoriendi:* VITA Pard. 15 (MGMer. VII p. 33,23) cum iam ad portam monasterii eminus ad-carent *hostes.* ibid. p. 34,1 ianuas ... -cant. WIDUK. gest. 2,11 p. 76,12 quia super se cum valida manu -asset. OTTO FRISING. gest. 1,18 cum milicia sua castro -ant. *al. v. et p. 818,23.* **β** *c. sensu intrandi:* CONST. II 418,5 (a. 1223) de Lombardia non recedet *comes,* ut regno -are debeat, nisi cum *eqs.* **2** *subi. res:* **a** *math.:* HERIG. reg. 2,20 lineis divisor dividendo -at. **b** *mus.:* ANON. mus. (La Fage) p. 358 discantus ... suo cantui -are nullo modo debet. IOH. GARL. mus. mens. I p. 106ª iste sex species ... multum -ant ipsi equalitati (*opp.* distant). **c** *natur.:* ALBERT. M. meteor. 2,1,5 p. 523ª,24 sol -at (*p. 347ᵃ,3* πλησίον ... ὄντος) vapori. animal. 1,342 tertio sunt *musculi,* qui elongant, et quarto, qui ⌊-are faciunt⌋ (⌊⌋appropinquant *cod. m.*[1]). 16,92 distillatio ... humoris fit a pueris ... per confricationem genitalium, quando -ant sibi per coitum, antequam spermatizent. *v. et l. 14.* **d** *usu communi:* BEDA hist. eccl. 3,19 p. 165,33 ignis mihi ad-at. AETHICUS ISTER 59 ut ... nullus hominum accessus audeat at-are. *al.* **B** *temp. (subi. fere res; anim.: l. 59):* **1** *gener.:* ARBEO Corb. 4 p. 191,11 vespero ad-ante. TRAD. Ratisb. 7 finis mundi ... ad-are dinoscitur. FORM. Augiens. A 23 ad-are cernimus ... diem Domini (THIETM. chron. 8,6 iudicii). OTTO FRISING. gest. 2,24 -bat paschale festum. *al.* **2** *spectat ad obitum:* Ps. HIPPOCR. progn. B praef. cum Ypocras morti -ret. FORM. Marculfi 1,7 finem ad-antem ab hac luce migravit (EINH. Karol. 32 p. 36,3. *al.*). ARBEO Corb. 33 cumque exitus viri Dei ad-asset. THIETM. chron. 4,36 -ante iam carnis eius dissolucione. *al.*

II *translate:* **A** *similem esse – ähnlich sein:* BRUNO QUERF. fratr. 2 p. 720,1 abbas ... similis Benedicto, quantum ... lutum ad-at auro. *v. et p. 820,44.* **B** *adaequare – gleichkommen:* FRID. II. IMP. art. ven. 5 p. 179,19 peregrinus -at girofalco in velocitate.

adi. **1. appropinquans,** -antis. *propinquus, coniunctus – nahestehend, verbunden:* TRAD. Teg. 210 (a. 1127/47) filiis Israel et universo populo ad-i Deo notificamus ([*cf. Vulg. psalm. 148,14*]. 219. 248).

2. appropinquatus, -a, -um. *instans – nahe bevorstehend:* MIRAC. Bert. 3 p. 510,48 gratulabundus pro -a pene consummatione ... operis.

***appropinquus,** -a, -um. *affinis – nahestehend, verwandt:* WOLPHER. Godeh. II prol. p. 197,46 quantum brutis *(sc. animalibus)* excellentiores, tantum racionabilibus sunt -iores *canes.*

appropio (adp-), -avi, -atum, -are. *script.:* abp-: *l. 47.* adp-: *l. 15.31.38.53.* apr-: SALIMB. chron. a. 1187 p. 5,21. -opr- *(var. l.): l. 22.44. struct. local.: dat.: passim. acc.: l. 17.18.29.* ad: *l. 19.25.27.*

I *proprie i. q. appropinquare, advenire, prope accedere – (heran)nahen, -kommen, sich nähern:* **A** *local.:* **1** *subi. anim.:* **a** *gener.:* VITA Emm. 36 p. 84ᵇ,9 prope non erat *mulier,* quia ad-are (adpropinquare ARBEO Emm. 36) non poterat. RUODLIEB I 123 metropoli. CHRON. Gladb. 6 (MG Script. IV p. 76ª,1) ultra terminum diocesis -erunt Molensium fines. THEOD. THEOL. Conr. 8 p. 219ᵇ,5 valvas. ROM. SALERN. annal. a. 1177 p. 452,39 cum ... ad papam -asset. CHRON. Reinh. a. 1195 p. 554,18 -are (appropriare *1*) ei *(corpori exanimi). al.* **b** *c. colore quodam:* **α** *c. sensu adoriendi:* PAUL. DIAC. Lang. 3,1 gens -at ([adpropriat, appropriat, approperat, appropinquat *sim. var. l.*]. CHRON. Gladb. 7 [MGScript. IV p. 76ª,13] Ungarorum ... gente ... ad istas partes -ante). WIDUK. gest. 1,9 p. 12,23 cum gravi exercitu -ans terminis Thuringorum. *al.* **β** *c. sensu prorumpendi:* CHRON. Reinh. a. 1208 p. 575,6 ad penetrale regis -at. **γ** *c. sensu obrependi:* CHRON. Ved. p. 688,26 duo iuvenes quasi legationem ferentes regem -ant. EKKEH. IV. pict. Mog. 36 Satanas ... -at mulieri. **δ** *c. sensu reverenter adeundi:* PASS. Quint. 198 (MGPoet. IV p. 984) nisi ... ad-es venerando deos. SYLL. Sangall. 7,6 sacris. **ε** *c. sensu advehendi:* RHYTHM. 151,52,1 quidam ... homo nobis cum navi -at. **2** *subi. res:* BEDA temp. rat. 26,44 hoc *(luminare; sc. luna)* ... nobis -at. POETA Saxo 5,618 sol superis partibus -ans. EKKEH. IV. bened. II 183 -are botris sit nulla licentia tetris. **B** *temp.:* BEDA hist. eccl. 4,29 p. 274,7 quia dies sibi mortis vel vitae magis ... ad-ret introitus. ANNAL. Xant. a. 871 p. 30,29 sentiens tempora antichristi -are (HELM. chron. 59 p. 115,3). THIETM. chron. 3,19 -ante ... nocte.

II *translate:* **A 1** *imminere – (drohend) bevorstehen:* EPIST. ad Wrat. 9 de parvis maiora vobis -are timeatis. **2** *manere – in Aussicht stehen:* NIVARD. Ysengr. 1,1034 futuras divinans epulas -are (appropriare *BE*) sibi. **B** *se convertere – sich zuwenden: v. p. 776,68.* **C** *adaequare – gleichkommen:* VITA Serv. 8 p. 29,5 utriusque virtuti ... abp-bat (appropiabat *sim. var. l.*) Servatius. **D** *(a veritate) non multum abesse – (der Wahrheit) nahe kommen:* EKKEH. IV. bened. I 57,37 multi querebant, ... nulli prendebant, aliqui tamen -bant (gloss.: quantum velamine carnis poterant). **E** *promptum paratumque adesse – sich bereit erklären, bei der Sache sein:* TRAD. Frising. 394 (a. 818) omni intentione statim ad-vit (*cf.* 391) et vociferavit se ... hereditare. *v. et* approprio.

adi. **appropians,** -antis. *praeceps – schnell hereinbrechend:* RATHER. epist. 11 p. 59,29 non -s intempestivitas, sed proximans aevi afferre coeperat ... maturitas canos.

subst. **appropiatum,** -i *n. conveniens – das Gemäße:* ALBERT. M. animal. 4,88 quilibet modus animalis diligit omne sibi -um.

***appropriabilis,** -e. **1** *qui attribui vel ascribi potest – zuweisbar, zuschreibbar:* ALBERT. M. incarn. 3 p. 173,71sqq. donum gratuitum datur a Deo -e alicui personae, sicut donum sapientiae ... et scientiae sunt dona -ia filio *eqs.* sent. 1,5,9 p. 191ª,40 in nos ... transit dilectio essentialis -is spiritui sancto (1,10ᴮ,6 p. 320ᵇ,1.14.22). bon. 265 p. 152,89 secundum ... quod generaliter sumitur *sobrietas,* dicit actus plurium *virtutum,* -es tamen sobrietati. summ. theol. I 12,50,1 p. 515ª,24 sapientia ... essentialis est et -is et non propria. *ibid. al. v. et p. 819,21.25.820,9. subst. neutr.:* ALBERT. M. elench. 1,5,6 p. 636ᵇ,15 dialectica ... genus ... et -e ut proprium. **2** *qui transfundi potest – über-*

[Schneider]

tragbar: ALBERT. M. intellect. 1,1,7 p. 488ª,34 Abubacher et Averroes . . . intellectum universalem esse posuerunt nec -em nobis nisi per imaginationem et sensum.

***appropriabilitas,** -atis *f. facultas attributionem suscipiendi – Zuweisbarkeit:* ALBERT. M. incarn. 3 p. 174,20 missio per -em . . . doni manifestat personam, per effectum . . . doni manifestat essentiam.

appropriatio, -onis *f.* **1** *iur. i. q. actio in proprium tradendi, donatio (iure integrae proprietatis addito) – Übereignung, Schenkung (zu vollem Eigen):* CHART. Pomm. A I 490 (a. 1253) testes huius donationis et -is sunt . . . dominus Hermannus *eqs.* (CHART. ord. Teut. [Hass.] 243. *al.*). CHART. ord. Teut. (Hass.) 329 ad . . . gratiam in -e . . . bonorum prefatis viris . . . factam nos . . . induxit, quod *eqs.* **2** *philos. et natur.:* **a** *attributio, actio ascribendi (qualitatem quandam) – Zuweisung, Zuschreibung, Beilegung (einer bestimmten Eigenschaft):* ALBERT. M. incarn. 17 p. 188,7 per attributionem tamen loquendo et per -em conceptio de spiritu sancto est rationibus assignatis ex evangelio (sent. 1,10,3 p. 315ᵇ,4 non multiplicatur ratio verbi per -em: verbum . . . semper est appropriabile filio. *al.*). sent. 1,9,10 p. 288ᵇ,20 appropriatum . . . supponit proprium nec potest fieri -o nisi . . . praeexistente proprio (summ. theol. I 7,30,2 p. 309ᵇ,6 omnis . . . -o fit per convenientiam ad p. *al.*). 1,10ᴱ,6 p. 320ᵇ,9 operati -o non aequaliter convenit tribus, sed est . . . operatum appropriabile uni personae. eth. 6,2,11 p. 420ᵇ,6 propter -em et non propter proprietatem temperantiae attribuitur, quod sit salvativa prudentiae. miss. 1,3,23 p. 35ª,9 -o personae quoad sanctificationem. *ibid. al.* **b** *actio transfundendi, translatio – Übertragung:* ALBERT. M. somn. 3,1,11 p. 194ª,26 non nisi formam communem non appropriatam elicere potest *divinans* ex astris: -o autem est commixtionis et materiae et virtutum . . ., quae sunt in materia. metaph. 2,1,5 p. 121ª,32 (p. 96,7 G.) si movens primum distat per infinita, numquam fiet -o (-pia- G.) et cessabit omnis motus. *v. et p. 820,14.* **c** *qualitas attributa vel ascripta, proprietas – die zugewiesene oder beigelegte Eigenschaft, Eigentümlichkeit:* ALBERT. M. summ. theol. I 12,50ᵘᵗⁱ. de -bus divinis. praef. p. 511ª,10 quaeritur, qualiter horum trium *(sc. Patris, Filii, spiritus sancti)* sit -o. *qualitas translatione effecta – durch Übertragung bewirkte Eigenschaft:* ALBERT. M. animal. 3,59 hoc *(lumen solis)* autem, secundum quod stellis quasi quibusdam membris applicatur, diversas accipit -es.

***approprietas,** -atis *f. actio in proprium tradendi – Übereignung:* CHART. Otterb. 200 (a. 1276) pratum . . . assignabimus pleno iure proprietatis et consuetudinis -e.

***approprieto,** -are. *in proprium tradere – übereignen:* CHART. Carinth. V 17 (a. 1270) mansum . . . conventui -amus.

approprio (adp-), -avi, -atum, -are. *script.:* adp-: *l. 69. p. 818,22. adde* GERH. STED. annal. p. 217,35. apr-: *p. 820, 37.38.44.50. adde* CHART. Gosl. II 254. -obr-: CHART. Francof. 316 p. 157,30sq. *struct. local.: dat.: passim. acc.: p. 820,37.38.*

I *subest* proprius: **A** *iur.:* **1** *in proprium dare, (iure integrae proprietatis possidendum) tradere – übereignen, zu eigen geben:* TRAD. Frising. 1565ᵇ (post 1187) predium . . . per commutationem . . . sibi -tum vendidit. CHART. march. Misn. II 587 eam *(advocatiam)* . . . ęcclesię -vimus. CHART. ord. Teut. (Hass.) 15 mansos . . . cum omni integritate . . . possidendos liberaliter -amus (CHART. Mulh. Thur. 144 mansum . . . -vit pro quodam manso alio. 233. *al.*). CHART. Gosl. I 486 hospitale fratribus . . . -vi taliter, ut nullus . . . iurisditionem sibi usurparet. CHART. episc. Wirz. I 428 p. 500,7 decimam. CHART. Pomm. B 1159 p. 419,25 titulo donationis -vimus . . . conventui . . . villas. *saepe. assignare – anweisen:* CHART. Helv. arb. 38 p. 65,3 (a. 1234) -are episcopali mense . . . L libras monete. **2** *vindicare – beanspruchen:* CHART. Ital. Ficker 21 p. 27,42 (a. 918) fines per sacramenta . . . sibi ad-are. CHART. Basil. A I 221 p. 339,5 nec . . . aliquid iuris in eis *(hominibus)* sibi -et. CHART. Bern. II 486 p. 508,5 sine . . . consensu nostro predictorum *(hominum ligiorum)* fidelitates sibi -vit. *remissius:* ALBERT. STAD. Troil. 2,603 laudes alterius -are sibi. *proprium habere – als eigenen Besitz halten:* WILH. RUBRUQU. itin. p. 291,5 qui *(homines)* habent villas, sed nulla animalia sibi -ant. **B** *philos.:* **1** *attribuere, ascribere – zuweisen, zuschreiben, beilegen:* ALBERT. M. bon. 193 p. 119,42sqq. firmitas . . . -atur fortitudini . . . et positio modi et mensurae -atur temperantiae (eth. 6,2,11 p. 420ᵇ,2). summ. theol. I 7,30,2 p. 309ᵇ,2 istud est primum, quod intelligi potest in processibus, qui fiunt a prima intelligentia agente; ergo non est appropriabile ad aliud, sed alia possunt ad ipsum -ari. 12,50,1 p. 512ª,15 voluntas . . . -anda est Patri *eqs. ibid. al.* **2** *transfundere, transferre – übertragen:* ALBERT. M. metaph. 2,1,5 p. 121ª,12 (p. 95,68 G.) si commune primum distat per infinita, numquam contingit fieri appropriationem (-pia- G.) usque ad propriam istius vel illius materiam, quia, quotcumque additis, non -bitur (-pia- G.), quod a proprietate istius distat per infinita. animal. 11,61 forma semper remanet communis, nisi sit aliquid eam -ans: quod autem -at eam, non est aliquid formae. **C** *natur. i. q. recipere, incorporare – aufnehmen, einverleiben:* ALBERT. M. animal. 6,65 *galea* post partum ipsorum *(pullorum)* -at (*p. 565ᵇ,21* δέχονται εἰς ἑαυτούς) eos iterum sibi. **D** *medic. i. q. addere, applicare – bei-, hinzugeben:* WILH. SALIC. chirurg. 1,67 p. 324ᶠ patiens purgetur cum pilulis foetidis . . . primo syrupo -to noto. **E** *usu vario:* **1** *committere – überlassen:* FRID. II. IMP. art. ven. 6 p. 186,4 diximus de venatione ad grues, quam -vimus girofalco. **2** *destinare – zuordnen:* FRID. II. IMP. art. ven. 5 p. 176,10 falcones sacros -vimus ad venationem aironum. **3** *conciliare – gewinnen:* ALBERT. M. pol. 7,15ᵐ p. 750ª,35 nulli . . . permisit *Theodorus* ante se inducere neque vilium hypocritarum tamquam -tis theatris (*p. 1336ᵇ,30* ὡς οἰκειουμένων τῶν θεατῶν). **4** *medial. i. q. proprium esse – charakteristisch sein:* NICOL. BIBER. carm. 690 (ed. Th. Fischer. 1870) rosa laudatur, quod ei rubor -atur.

II *subest* prope *(sc. per confusionem):* **A** *proprie i. q. appropinquare, appropiare – nahen, sich nähern:* ERCHEMB. CAS. hist. 58 Capuam -ans *(sive* apr- *codd.,* appropians *ed.).* 64 Teanum apropriantes *(cod.,* appropiantes *ed.).* RATHER. prael. 4,24 p. 276ᴮ praedicatoribus . . . non obaudierunt eius *(Dei)* -are cupientis *(cf. Vulg. gen. 26,16).* DIPL. Loth. III. 121ᵇ partibus illis. WILH. RUBRUQU. itin. p. 294,4 litori. *al. v. et p. 818,20.* **B** *translate i. q. similem esse – nahestehen, ähnlich sein:* ALBERT. M. veget. 4,137 aliud lignum quodlibet, quod -at (apropriat(ur), appropinquat *var. l.*) illi in proprietate. *v. et* appropio.

adi. **appropriatus,** -a, -um. **1** *spec.:* **a** *iur. i. q. integrae proprietatis iure pertinens – mit vollem Eigentumsrecht zugehörig:* GERH. STED. annal. p. 230,13 ut . . . ecclesiae iure perpetuo sit -um *praedium.* CHART. ord. Teut. (Hass.) 19 emancipavimus . . . eosdem *(curiales)* tradentes eos apr-os domui hospitalis. DIPL. Loth. III. 128 A¹ p. 220,3 (spur. s. XIII.ᵉˣ.) in silvis, montibus . . . ecclesie -is. **b** *philos. et natur. i. qui unius est, singularis, specialis – eigentümlich, charakteristisch, speziell:* ALBERT. M. sent. 1,31,2 p. 100ª,17 -um est alicui, quod semper convenit ei et non alii. animal. 1,104 unumquodque eorum *(modorum animalium)* habet formam essentialem sibi -am (*p. 490ᵇ,32* καθ' ἕκαστον αὐτῶν) sicut homo, leo (11,61 habere sanguine<m> est quaedam forma . . . substantialis non -a. *v. et p. 819,31).* 2,69 *(de alis)* hoc membrum est -um (*p. 503ᵇ,35* ἴδιον) volatili pennato. *ibid. al.* **2** *usu communi:* **a** *aptus, idoneus – passend, geeignet:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 64,24 si natura . . . membra formasset propter operationes, ad quas -a sunt. *al. accommodatus – geschaffen:* LUDOLF. summ. 3 p. 369,14 quedam . . . dictiones sunt quasi -e ad principia. *per errorem:* ALBERT. M. pol. 7,15ᵐ p. 750ª,39 talia spectacula -a *(cf. supra l. 30)* sunt theatris et 'primis auditibus', qui sunt iuvenum auditus. **b** *approbatus – anerkannt:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 174,26 alia *sedes* est, que -o vocabulo sedile seu seditorium nuncupatur.

subst. **1. approprians,** -antis *n. quod transfundit, vis transfundens – das Übertragende, die übertragende Kraft:*

[Schneider]

ALBERT. M. animal. 3,63 aliud est principium sensus et aliud sensus virtutem ... distinguens et -s; principium autem sensus ... est cor: -s autem et distinguens ... sensus est organa determinatorum sensuum. *v. et p. 820,17.*

2. appropriatum, -i *n.* **1** *quod attributum est, qualitas attributa vel ascripta – das Zugeschriebene, die zugewiesene oder beigelegte Eigenschaft:* ALBERT. M. incarn. 3 p. 173,32 quae *(incarnatio)* est unum de -is ... Filio. myst. theol. quaest. p. 815^{b},19sqq. prius est proprium quam -um; ... propria ... sunt occulta, -a vero manifesta (summ. theol. I 7,30,2 p. 309^{b},4sq. primum ... necesse est, quod sit p. et non -um; omne enim -um ante se ponit p. *al. v. et p. 819,21*). **2** *qualitas singularis – charakteristische Eigenschaft:* ALBERT. M. animal. 3,59 assimilatio *(sc. ad membra)* est determinatio ex universali forma cibi ad -um huic membro et illi.

adv. ***appropriate.** **1** *ratione attributionis, per attributionem (sc. qualitatis cuiusdam) – im Sinne der Beilegung, durch Zuweisung (einer bestimmten Eigenschaft):* ALBERT. M. incarn. 17 p. 188,37 licet Pater det Filium, tamen -e loquendo incarnatio non est de ipso. sent. 1,3,21 p. 121^{b},7 imago -e convenit Filio, qui est imago Patris. bon. 193 p. 119,40 dictum Bernardi non verificatur de iis, quae conveniunt virtuti proprie, sed de iis, quae conveniunt -e in conexione aliarum virtutum (summ. theol. I 14 praef. p. 573,4. *al.*). **2** *specialiter – speziell:* ALBERT. M. (?) animal. quaest. 13,17/18 p. 247,74 risus sibi *(homini)* inest -e ([proprietate *var. l.*]. *p. 673^{a},8* τὸ μόνον ... τῶν ζώων).

***approprior,** -ius. *aptior – geeigneter:* FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 7,26 debet fieri ligatura cum una alia -i parte, qua coniungitur corpori *columbi,* et non cum coxis.

approximatio (adp-), -onis *f.* *script.:* adp-: *l. 36.* apr-: *l. 36.*

I *de actione:* **A** *appropinquandi i. q. appropinquatio, accessus – Annäherung, das Herankommen, Hinzutreten:* **1** *gener.:* NICOL. I. epist. 51 p. 336,26 quidam ... etsi aproximare videntur ..., apr-o (adp- *C*) turbationem adducit *(cf. Vulg. Luc. 8,43sqq.).* ALBERT. AQUENS. hist. 9,52 p. 625^{B} equus ... nullius -is aut apprehensionis patiens. FRID. II. IMP. art. ven. 4 p. 80,9 grues ... propter -em hominis versus eas non coadunant se. *ibid. al. in imag.:* EKKEB. SCHON. opusc. 4 p. 279,22 a tue *(sc. Christi)* divinitatis immediata -e totus caritate ignitus. *c. sensu adoriendi:* ALBERT. AQUENS. hist. 11,20 Turci comperta ... illius -e ... recesserunt. **2** *spec.:* **a** *philos.:* ALBERT. M. (?) animal. quaest. 1,2 p. 80,10 perfectio attenditur ... in immaterialibus penes -em (per comparationem *VT*) ad principium simplicissimum (*opp.* remotionem). **b** *alch.:* GEBER. summ. 2,13 p. 650 Saturni ... praeparatio multiplex adhibetur essentiae et Iovis ... secundum ipsorum multiplicis perfectioni -is aut elongationis ab ea gradum. **c** *medic.: v. l. 52.* **B** *admovendi i. q. adhibitio – Anwendung:* WILH. SALIC. chirurg. 1,1 p. 304^{H} timendo ... de -e cauterii propter -em maiorem aquae ad cerebrum. 5,9 p. 359^{C} per unicam -em ..., per plures -es.

II *de statu i. q. propinquitas – Nähe, Nahesein:* ALBERT. M. caus. univ. 2,5,18 p. 610^{b},19 necesse est, quod tria sint media: unum ... per aequidistantiam, duo ... per -em extremorum.

approximo (adp-), -avi, -atum, -are. *script.:* adp-: *p. 822,4.6.13.16. al.* apr-: *l. 35. struct. local.: dat.: passim.* ad: *l. 65. al.* versus: *l. 67.*

I *intrans.:* **A** *proprie i. q. appropinquare, advenire, prope accedere – (heran)nahen, -kommen, sich nähern:* **1** *local.:* **a** *subi. anim.:* **α** *gener.:* VITA Audom. 16 (MGMer. V p. 764,10) ad ... basilicam. VITA Norb. I 6 p. 675,33 villis. FRID. II. IMP. art. ven. 4 p. 80,23 quando -atur ad iactandum *falconem.* 6 p. 235,23 secundum quod falco ... -verit versus eum, sic ipse -et anatibus. p. 238,32 collateraliter. *al. v. et l. 35.* **β** *c. colore quodam: c. sensu adoriendi:* BERTH. (?) annal. a. 1080 p. 325,1 castris. *c. sensu appetendi:* LIUTG. Greg. 4 frequentius -are palatio ... et loqui cum regibus. *c. sensu reverenter adeundi:* UDALSC. Egin. 6 p. 435,10 cui *(sacramento)* ... quanta reverentia ... -bat *puella clauda. cf.* BERNOLD. CONST. libell. III 18 p. 82,5 non tamen divinis sacramentis tam temere -ant *paenitentes.* **b** *subi. res:* BARDO serm. p. 334,64 nubes soli ad-ant. URSO qual. 467 *siccitas* partes extremas facit mediis -are. **2** *temp.:* PAUL. DIAC. Lang. 6,55 rex ... morti ad-vit. FRID. II. IMP. art. ven. 4 p. 68,16 -at iam estati *ver.* **B** *translate:* **1** *investigando accedere – forschend eindringen:* HELM. chron. prol. p. 1,18 arcanis *Dei* -are cupientes *scriptores.* **2** *pervenire – gelangen:* PETR. MUSAND. summ. p. 254,9 quibus *(sex rebus non naturalibus)* impossibile est corpus humanum non -are ad hoc, ut diu vivat. **3** *mereri – Anspruch haben:* WIPO prov. 12 *(in proverbio)* qui fidus est seniori, ad-at honori. (*sim.* TRANSL. Dion. Ratisb. 32 p. 368^{b},10). **4** *impers. i. q. convenire – entsprechen, gemäß sein:* CHART. Naumb. 264 p. 246,36 (a. 1168) racioni ad-at nos ... diligere (271 p. 254,32. CHART. archiep. Magd. 335 p. 438,25. *cf.* CHART. Naumb. 279 p. 262,27 iudicio racionis). CHART. archiep. Magd. 334 p. 436,22 debitum officii ... expostulat et iusticie -at, ut *eqs.* **5** **a** *philos. i. q. propinquum esse – nahestehen:* ALBERT. M. eth. 8,3,6 p. 547^{b},27sqq. magis -atur pater filio ...; genito enim magis -at (*p. 1161^{b},21* συνῳκείωται) id, quod est, a quo genitum est. p. 547^{b},43 generanti ... genitum per aliquid sui nihil -at (*p. 1161^{b},22* οἰκεῖον). p. 547^{b},48 caput plus -at capillo quam capillus capiti. *ibid. al.* **b** *natur. i. q. similem esse – ähnlich sein:* GEBER. summ. 1,34 plumbum ... dicunt multum in natura sua auro -are. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 127,32sq. qui *(girofalci)* vero -bunt hiis *(albis),* quanto plus -bunt, tanto laudabiliores erunt.

II *trans.:* **A** *proprie:* **1** *gener. i. q. admovere – heranbewegen:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 217,23 manus, super quam sedet *falco,* -etur balneo. *refl. i. q. appropiare – sich nahen:* CHART. episc. Hild. I 62 p. 56,13 (a. 1019) quantis ... ritibus ... se Deo -verit ... Salemon. *medial. i. q. se adiungere – sich anschließen:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 44,7 *(de avibus)* -ari societati propter sui defensionem. **2** *iur. i. q. ad iudicium adducere, educere – vor Gericht bringen, vorführen:* PAX Valenc. p. 606^{b},57 si vir -tus fuerit ab aliquo. **B** *translate:* **1** *medic. i. q. adhibere – anwenden:* THADD. FLORENT. cons. 184,5 curat *aqua vitae* egritudines ... exterius -ta. BRUNUS LONG. chirurg. 1,3 p. 107^{A} non est rectum, ut in eis *(vulneribus)* -etur aqua. **2** *natur. i. q. adunare – verbinden:* ALBERT. M. veget. 5,56 commixtio eius *(plantae)* proxima est elementis et materiae inter ea, quae -ta (eis *add. A,* complexionata *V*) sunt. *medial. i. q. adaptari – sich anpassen:* ALBERT. M. meteor. 3,4,17 p. 687^{a},16 colores ... ibi *(sc. in semiglobo rorationis)* generati ... -antur aeri intermixto roratione subtili et grossiori. **3** *philos. usu mediali i. q. coniunctum esse – sich verbunden fühlen: v. l. 21.*

adi. **approximans,** -antis. *vicinus, propinquus – nahestehend, verwandt:* GEBER. summ. 1,50 p. 588 cum ea *(destillatione)* ... subtiliores et ... ad naturam aqueitatis simplicis -es *(terrae partes)* magis elevari contingit.

***approximus** (adp-), -a, -um. *propinquus – nahe (befindlich):* FRID. II. IMP. art. ven. 4 p. 100,33 si iactabitur *falco* -iori loco versus gruem.

adv. ***approxime.** *in proximo – in nächster Nähe:* DIPL. Heinr. II. 143 p. 170,46 tradens ... mansos ... in ad-e iacentibus locis.

***appublico** (adp-), -are. *pronuntiare – öffentlich bekanntmachen:* FORM. Wisig. 25 ut post transitum suum apud gravitatem vestram eam *(voluntatem)* ad-rem.

appulo, -ere. **1** *(navem) appellere – landen:* HINCM. annal. a. 869 p. 106,24 *(abl. absol.)* -entibus (applicantibus *A*) ad ipsum castellum Sarracenis. **2** *advertere – hinwenden:* EPIST. var. II suppl. 7 p. 626,24 stilum -ere (appellere *T 1;* vel apponere *T 2 in marg.*) ad exarandum.

***appulsio,** -onis *f.* **1** **a** *actio propellendi – das (Aus-)Treiben:* CHART. Sind. 13 p. 120,18 (a. 1274) ordinamus ... de -e pecorum in augiam et prata. *v. et supra p. 783,28.* **b** *appulsus – das Anlegen, Landen:* ODO GLANN. Maur. 30 hoc ... contigit in littore scilicet -is piscatorum. **2** *pulsatio –*

[Schneider]

das (An-)Klopfen: VITA Annon. I 2,1 p. 484ª,62 ad primam digitorum eius *(pontificis)* -em resiliente repagulo *capsulae* sonitus [illegible] exortus est.

***appulso** (adp-), -are. **1** *pulsare – anklopfen:* EPIST. Worm. I 41 pauperes . . . pietatis tuę ianuam . . . -ant. **2** *incitare – antreiben:* RHYTHM. 149,30 dulcedo . . . adpulsans plus quasi malleus instat.

appulsus, -us *m.* **1** *offensio – das Anstoßen:* REGINO harm. inst. 17 p. 245ᵇ omnis . . . sermo his novem rebus formatur: primo -u quatuor dentium *eqs. (cf. Mart. Cap. 3,261).* **2** *concitatio motus sonum efficientis – Erregung der den Ton hervorbringenden Schwingung:* HUCBALD. harm. inst. p. 105ᵇ,31 nec possibilitas humani -us hic accommoda erit, ut in tam longe distantibus vocibus uno quasi ictu tam facile e summo ad infima reflectatur (*sim.* BERNO ton. prol. 2 p. 64ᵇ,29). *Schneider*

apra, -ae *f. sus fera – Bache (Sus scrofa L.): v. p. 733,35.*

aprasion *v.* prasion.

***apraximeron** (aprox-) *subst.* (*cf.* ἀπραξία, μέρος) *defectus potentiae generandi – Impotenz:* GLOSS. Salern. p. 13, 34 aproximeron est genitalium partium inoperatio (*sim.* TRACT. de aegr. cur. p. 327,25. *cf.* MATTH. PLATEAR. gloss. p. 368ᴮ *zingiber* valet contra apraxim eorum, id est contra inoperationem illarum partium).

aprehendo *sim. v.* apprehendo.

***apresento** *v.* *appraesento.

***apresso** *v.* 1. *appresso. ***apresto** *v.* *appraesto.

*?****apricantia** *subst.* (*orig. inc., nisi cohaeret c.* apricari) *colles, saxa – Erhebungen, Klippen:* ALBERT. M. caus. element. 1,2,6 p. 612ᵇ,38 ex . . . collibus, qui sunt intra mare, qui colles -a vocantur, et apud Graecos dicuntur scyllae.

apricitas, -atis *f.* **1** *situs soli expositus – sonnige Lage:* ADREV. Bened. praef. opacitate . . . nemorum, collium -e. **2** *calor – Wärme:* EINH. Marc. et Petr. I 1,14 aeris tam . . . iucunda tranquillitas, ut veris temperiem -e blanda praecederet. *v. et* *aprilax.

apricor, -ari. *in imag. i. q. conquiescere – ruhen:* EPIST. Hann. 62 p. 110,23 ne librum hunc otiari et velut -ari apud vos sinatis.

apricus, -a, -um. *metr.:* ăpr-: *l. 44sq. 49. 52.* āpr-: *l. 47.* **1** *soli expositus – besonnt:* HRABAN. univ. 13,15 p. 372ᴮ *(alleg.)* amoena . . . et -a loca species virtutum possunt designare. *sub sole exsistens – in der Sonne lebend:* ERMOLD. Ludow. 1,302 ales -a. **2** *tepefaciens, protegens – wärmend, schützend:* ALDH. virg. II 784 fruitur foliis pro -o tegmine pepli. CARM. Aldh. 1,171 genestarum -a . . . velamina pelluntur parietibus. WANDALB. mens. 255 poma carpere et -is . . . componere tectis. **3** a *vernus – im Frühling stattfindend:* LAMB. LEOD. Matth. I 676 ut -a venerit insicio. b *aestivus – sommerlich:* GLOSS. IV 112,27 St.-S. -us calor . . . sumerhizza. 131,5. 196,23. **4** *meridianus – Mittags-:* MARC. VALER. buc. 1,93 cernis, ut ardorem crescens obducat -um Phebus.

***aprificatio** *v.* *aptificatio.

*?****aprifulsus** *subst. (orig. inc., ni corruptum ex* acrifolium; *aliter E. Steinmeyer ad l. 59) ilex – Stechpalme (Ilex aquifolium L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 987sq.):* GLOSS. III 294,44 St.-S. apifusus h(erba) washolant. 478,12 -us holent.

***aprilax** *m. (corruptum ex* apricitas, *cf. Corp. gloss. Lat. ed. Goetz VI p. 84ª) calor – Wärme:* ABBO SANGERM. bell. 3,77 aulea ne angustent animam sceleris, sed -x (gloss.: calor) alluat ęthereus.

Aprilis, -is *m. vel rarius* **Aprillius,** -i *m. script.:* Abr-: DIPL. Merov. I 71. Aper-: *p. 824,9. adde* CHART. Sangall. A 414 p. 35,12. -rel-: CHART. Rhen. med. I 42 p. 48,27.39. CHART. Rhen. inf. I 38. DIPL. Karoli III. 23 p. 39,25. 25 p. 43,10. *v. et p. 824,1.5. metr.:* Āpr-: *p. 824,3.* Apr-: *p. 824,8sqq. interdum adi., e. g. l. 72. p. 824,3.5.*

quartus anni mensis – April: COMPUT. cod. Bern. 3 quia . . . VIII kl. -ius factus mundus traditur. *ibid.:* Marcius et -ius. BEDA hist. eccl. 2,14 p. 114,3 pridie iduum -ium. WILLIB. Bonif. 5 p. 21,25 Nisan mensis, qui est -elis. EINH. Karol. 29 p. 33,22 -em Ostarmanoth . . . appellavit. WALAHFR. carm. 42,17 -es . . . kalendas. 89,1,1 bissenis, -is, habes vernale kalendis par spatium noctis . . . et diei. CHART. Sangall. A 299 in nonas -elis. 325 p. 300,17 in mense -io (ANNAL. Fuld. II a. 841 p. 31,33. OTTO FRISING. gest. 1,64 p. 90,20 m. -i). WANDALB. martyr. 178 purpureo quem flore sibi ver sancit -em. mens. p. 607 de -i. EKKEH. IV. carm. var. II 6,1 euphonię senis Aperilis in arte kalendis Notker conticuit. NIVARD. Ysengr. 5,193 undecies denis plures barbę eius -es impendent. HILDEG. caus. 4 p. 191,9 in -i. *saepe.*

aprimia *v.* aprunum.

aprinus, -a, -um. **1** *adi.: ad aprum pertinens – Eber-* (*cf.* GLOSS. III 368,35 St.-S. -a eueren): MAPPAE CLAVIC. 33 -o dente literas perfrica. WALTHARIUS 1436 carnem vitabis -am (DIAETA Theod. 70). ARNOLD. RATISB. Emm. 2 p. 1072ᶜ -ae spadulae. **2** *subst. fem.: caro aprina – Schwarzwildbret:* BERNH. PROV. comm. 11,1 p. 318,29 ursina, -a, iuvencula, passeres comesti prosunt paraliticis. *v. et* aprugnus.

***aprioratus,** -a, -um. (prior) *praeveniens, repentinus – zuvorkommend, überraschend:* CHRON. Sigeb. auct. a. 1203 (MGScript. VI p. 474,48) -i Franci inopinata audacia . . . urbem impellunt.

***aprisio** (adp-), -onis *f.* (apprehensio) **1** *occupatio terrae per exstirpationem effecta, captura – Besitznahme durch Rodung, Bifang (cf. E. Rodon Binué, El lenguaje tecnico del feudalismo. 1957. p. 26):* DIPL. Karoli M. 179 concedimus ei . . ., quantum ille . . . occupaverit vel -e fecerit cum homines suos. CAPIT. reg. Franc. 76 p. 169,34 quod per triginta annos abuerint per -em, quieti possideant. **2** *meton. i. q. terra per exstirpationem occupata – durch Rodung in Besitz genommenes Neuland:* CAPIT. reg. Franc. 132,3 in portione sua, quam ad-em vocant.

***apriso** *v.* 1. *appresso. **aprobo** *sim. v.* approbo.

***aprolensis** *v.* *proeleusis. **apropima** *v.* aprunum.

aprop(r)io *v.* approp(r)io.

***aprosegoria** (-oterig-, -sig-), -ae *f.* (ἀπροσηγορία) *resalutationis omissio – Nichterwidern des Grußes:* ALBERT. M. eth. 8,1,5 p. 526ª,23sq. quod multas amicitias aproterigoria (*p. 1157ᵇ,13* ἀπροσηγορία) dissolvit; aproterigoria autem dicitur irresalutatio et irreappellatio *eqs.* (*sim.* miss. 3,3,3 p. 83ᵇ,39 -igoria. summ. theol. II 4,14,4,2 p. 201ª,32).

aprostonos *v.* opisthotonus. **aprotanum** *v.* abrotanum.

***aproterigoria** *v.* *aprosegoria.

***aproximeron** *v.* *apraximeron.

aprugnus, -a, -um. *ad aprum pertinens – Eber-:* GLOSS. IV 219,6 St.-S. -us eberiner. *v. et* aprinus.

1 *caterva vel grex bestiarum maiorum, pecora maiora – (Großvieh-)Herde, (Groß-)Vieh:* **a** *latius (fere de bobus; de equis: l. 16.18. al.):* DIPL. Karoli M. 188 loca . . . ad pascua -orum et alenda pecora. HAIMIN. Ved. 4 (MGScript. XV p. 398,20) dum . . . pestis . . . paene -a omnia persorberet. FORM. Sangall. II 12 dedi . . . -a equarum atque vaccarum. POETA Saxo 4,240 cum pastores agerent -a gregesque. ADAM gest. 3,44 -a boum et caballorum (ALBERT. M. animal. 6, 115). TRAD. Brixin. 536 IV curtes cum totidem -is. CHART. Babenb. 250 quicquid . . . in -is . . . emendacionis accreverit. ALBERT. M. animal. 22,139 taurus animal est . . . extra -a semper solitarie . . . pascens. *saepe. v. et p. 963,46.* **b** *strictius i. q. bos, vacca – Rind, Kuh (cf.* GLOSS. III 6,59 St.-S. -um hrind. 10,25 -as hrindir. 670,11 -a sueicrinder. *al.):* LEG. Wisig. 8,4,7 iumenta aut -a vel alia pecora. PACTUS Alam. III 7 si domitum -o retullit. FORM. Marculfi 2,15 gregem equorum, gregem -orum. TRAD. Frising. 314 mancipias III, -as III. CAPIT. reg. Franc. 233,13 equi . . . aut -um. TRAD. Frising. 652 -a XII, boves VII et alias iuniores V. DIPL. Karlom. II. 19 hûba cum . . . decem -is. CARM. var. I 22,7 tantum -is sua cura studebat. CHART. Sangall. A 681 cum XL solidis . . . sive in cavallis aut in -is . . . redimendi licentiam habeam. app. B 59 p. 747,21 dantur . . . XII sol., quod pro dimidio -o computatur. CHART. Tirol. notar. I 596[a] cum . . . V -as. *saepe. de bubalis:* HUGEB. Willib. 4 p. 96,10 ibi *(in terra sancta)* sunt -a mirabilia longo dorso et brevis cruribus, magnis cornibus creati *(cf. notam ed.).* p. 96,13. **2** *pecuaria, curtis stabularia, swaiga – Viehhof, Sennhof, Schwaige (cf.* GLOSS. III 444,14 St.-S. -um swaige. *al. v. et p. 963,63; de re cf. p. 963,64):* TRAD. Teg. 290[b] (a. 1157) cum . . . molendinis, -is, alpinis. CHART. Brixin. 39 p. 46,38 domum -i in monte Calkiol . . . hospitali concedimus. TRAD. Welt. 124 locum *(sc. curtile)* considerans aptum esse . . . ad venacionem et ad -um. *al.* **3** *per confusionem i. q. instrumentum (navale) – (Schiffs-)Gerät:* GLOSS. IV 305,32 St.-S. -um gezuiga (armamenta *Vulg. act. 27,19).*

1. Armenum, -i *n.* (*cf.* Ἀρμένιον) *fructus pruni Armeniacae – Aprikosenfrucht (de re cf. p. 963,21):* ALBERT. M. veget. 6,202 -a (-ia *C*) . . . omnibus *prunis* sunt meliora.

2. *armenum, -i *n.* (ἄρμενον) *in imag. i. q. velum – Schleier:* ABBO SANGERM. bell. 3,81 -um (gloss.: velum) cordi tollas, arcisterium addas.

***armerinus** *v.* *hermellinus. **armesarius** *v.* admissarius.

***armiductor,** -oris *m.* **1** *dux belli – Heerführer, Feldherr:* AMALAR. ord. antiph. 4,2 -es constituerunt in militia sua . . . castra tueri per tres vigilias. **2** *auctor, incentor – Anführer, Anstifter:* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 301,49 malorum et facinorum -r et primicerius *(sc. episcopus).* a. 1080 p. 324,44 Heinricum, sacrilegum huius dissipationis -em.

armifer, -era, -erum. *ad pugnam vel bellum pertinens – Kampfes-, Kriegs-:* LIGURINUS 9,194 utque viros . . . ad -os incenderet ipse *(Fridericus)* labores *(cf. Stat. silv. 1,2,96).*

***armifex,** -icis *m.* *faber armorum – Waffenschmied:* CHART. civ. Vratisl. 18 (a. 1254) testes sunt . . . Theodericus -x et alii. 38 magistrum Theodricum -em.

armiger, -era, -erum. *script.* -gher: *p. 965,47.*

I *adi.:* **A** *ad usum armorum spectans – auf den Waffengebrauch bezüglich:* ALBERT. M. eth. 1,3,11 p. 44[a],48 omnis bellica operatio sicut -a, scutifactiva . . . sunt sub militari. **B** *militiae habilis – waffenfähig:* WOLFHER. Godeh. I 31 p. 190,45 imperatoris frater . . . tonsuram . . ., iam -r iuvenis, . . . recipit. **C** *armipotens – waffengewaltig:* ERMOLD. Lu-

dow. 1,5 Caesaris -i . . . gesta (3,108). 4,14 Nortmanni veloces, agiles -ique nimis.

II *subst. masc. i. qui arma portat, scutarius – Waffen-, Schildträger, (Schild-)Knappe:* **A** *de viris arma principis vel viri nobilis ferentibus (cf.* GLOSS. III 183,42 St.-S. scutarius scilkneht, item -r vel spatarius; *de re v. Waitz, Verf.-Gesch. II 2. p. 75):* **1** *latius:* LIBER hist. Franc. 41 p. 311, 27 a retro stans -r eius *(Dagoberti).* PAUL. DIAC. Lang. 2, 28med. regis scilpor, hoc est -r. WIDUK. gest. 1,13 tamquam -r regalis stans secus. LIUTPR. leg. 10 -r huius *(Nicephori)* . . . aeram in ecclesia ponit. VITA Gamalb. 5 pater . . . *filium* -um sibimet . . . fecit armaque . . . suspendit puero. EKKEH. IV. cas. 77 miles . . . occiditur, -r quoque eius . . . suspenditur. TRAD. Welt. 88 -r episcopi. CHART. Oelsn. 19 p. 44,21 testes sunt . . . castellanus, . . . Bogdanecz -r *(sc. ducis). saepe. in imag.:* WALAHFR. carm. 19,5 *(de aquila)* Iovis -r *(cf. Verg. Aen. 5,254. al.).* SMAR. carm. 1,8,8 -i *(sc. nominis)* laudem accipit iste *(sc. pronomen).* NOTKER. BALB. hymn. p. 62 -um . . . Christus te *(sc. Paulum)* scit suum *(cf. notam ed.).* RHYTHM. de Pasch. 24,4 (MG Lib. Lit. II p. 675) hic *(imperator)* eius *(Antichristi)* est vexillifer et principalis -r. *al.* **2** *strictius de viris nobilibus arma principis devotionis causa ferentibus:* CHRON. Salern. 11 p. 17,1 quaero, ut -r meus *(sc. imperatoris)* unus miliarius fiat *Arichis.* RICHER. REM. hist. 2,4 cuius *(regis)* arma dux suscipiens -r praecedebat. THIETM. chron. 6,91 Bolizlavus . . . regi ad aecclesiam . . . incedenti -r habetur. **B** *de viris arma propria ferentibus:* **1** *latius i. q. scutifer, miles serviens – Kriegsknecht, Schildknecht, Dienstmann (cf. P. Kluckhohn, Die Ministerialität in Südostdeutschland. 1910. p. 139sqq.; Schröder-Künßberg, Rechtsgesch. p. 481[46]):* EKKEH. URAUG. chron. a. 1079 rex . . . de -is, quos reliquerat, pene nullum invenit. CHRON. Pol. 1,10 p. 29,6 Ruthenorum clientes et -i. PAX Valenc. p. 606a,39 si . . . clericus aut -r istius patrie spoliet aliquem virum. GALB. Karol. 9 ceperunt primo -i, postea milites depredari rusticos (ANNAL. Egm. a. 1159 p. 167,12. CHRON. reg. a. 1122 p. 60,11 [rec. I]. *al.*). OTTO FRISING. gest. 2,16 p. 119,4 non solum militari ordine, sed etiam -orum tumultuationis assultu subversa sunt *castella.* CARM. de Iuda 2,381 (ed. P. Lehmann, Erforsch. d. Mittelalt. II. p. 274) presidis *(sc. Pilati)* -i. *al. in fabula de bestiis:* ECBASIS capt. 354 lupus . . . convocat -os (*cf.* 206 -r ericius). **2** *strictius i. q. vir nobilis nondum eques factus – Edelknecht (cf. H. Klein, MittGesSalzbLandesk. 80. 1940. p. 106):* ARNOLD. LUB. chron. 4,8 p. 172,4 iuvenes nobiles, qui -i nuncupantur, ad militarem habitum . . . transtulit *imperator.* CHART. Osn. II 322 Everhardus -gher de Bruchterbeke. CHART. Eberb. 467 p. 262,13 universi de Schonenburg tam milites quam -i sive famuli. CHART. civ. Halb. 156 p. 135,5 testes sunt: . . . milites; -i vero: Iohannes de Hessenem nobilis *eqs. al.* **C** *usu communi:* **1** *vir armatus – Bewaffneter:* HROTSV. Gong. 459 haec et perverso nuntiat -o *uxor Gongolfi.* MIRAC. Liutg. II 17. **2** *vir armipotens – Held:* IULIAN. TOLET. Wamb. prol. *(iron.)* indica nobis, -r *(sc. rex Wamba).* CHRON. Pol. 2, 18 de Pomoranis triumphavit *filius regis* . . . rediens -r victor.

armiglossa *v.* arnoglossa. *Pape*

armilausa, -ae *f.* (*germ.* *armjalausaz) *script. et form.:* ermela(us): *l. 62.* -mel-: *l. 60.*

1 *amiculum in lateribus scissum – an den Seiten geschlitztes Obergewand:* GLOSS. III 147,59 St.-S. -elausa gislizzitroch (189,25). **2** *fere i. q. scapulare – etwa: Skapulier:* CARM. Cent. 158 p. 361,1 de fucatione ermelai tuae sine loquor fuco *(cf. ed. in ind. p. 804[b]).*

armilla, -ae *f. script.* -ell(a): *l. 70.*

I *strictius i. q. bracchiale, dextrale, dextrocherium – Armring, -reif(en), Bauge (cf.* GLOSS. I 272,24 St.-S. -a menichum. III 722,4 -a bouge vel brachiale. IV 195,28 -a ristila. *al., de re v. H. Althof, Waltharii Poesis. II. 1905. p. 92sq.):* **A** *proprie:* **1** *spectat ad viros:* LIBER hist. Franc. 18 p. 272, 6 datis . . . balteis et -ellis (-illas *B2a²b¹*) adsimilatis de auro (GESTA Font. 10 p. 32,10 -ae, baltei et calcares fabricantur. WALTHARIUS 1193. *al.*). DIPL. Karoli M. 254 p. 365,8 (spur. s. XI.in.) condite sunt . . . -a Pauli et duas torques. CHRON. Mich. 29 -am auream, quam bangum nominant. OTTO FRISING. chron. 2,50 p. 127,27 Cesar . . . oblato sibi cum -a (anulo *Oros.*) Pompei capite flevit. *al. de signo dignitatis (cf. P. E. Schramm, Herrschaftszeichen und Staatssymbolik. II. 1955. p. 538sqq.):* WIDUK. gest. 1,25 p. 38,8 sumptis . . . -is aureis cum clamide et veterum gladio regum ac diademate *(sc. in coronatione).* 2,1 p. 65,15. 66,10. *v. et supra p. 727,3.* **2** *spectat ad feminas:* ALDH. epist. 3 p. 480, 2 quae *(prostitutae)* . . . -a . . . lacertorum tereti . . . comuntur. ALCUIN. epist. 96 duas direxit -as auri obrizi pensantes XXIIII denarios. LEX Thuring. 28 mater . . . dimittat filiae . . . inaures, vestes, -as. HINCM. annal. a. 876 p. 130,21 imperatrici dona sunt . . . missa pallia et -a cum gemmis. VITA Mathild. II 8 p. 288,35 induerat duas -as mira arte celatas *eqs. al.* **3** *usu communi:* DUNGAL. carm. 2,94 -as grandi gemmarum pondere et auri. WALTHARIUS 613 -as centum de rubro . . . metallo factas transmittam. RUODLIEB V 332 bis sex -as imponit rex operosas, ex quibus octonę solidę non sunt recavatę, plumbo repletę ceu serpentes capitatę *eqs. al.*

B **1** *proverb.:* EGBERT. fec. rat. 1,88 -am portare iuvat, quicumque meretur. **2** *in imag.:* HILDEG. epist. II 100 p. 550,24 tu da illis scutum de sole et ego -as ferreas atque alias armaturas de nube. p. 551,2. **3** *per compar.:* EKKEH. IV. bened. I 31,59 hi *(morbi)* tibi sint sceptra, . . . -a (gloss.: brachiale).

II *latius i. q. circulus – Ring, Reif(en):* **A** *astron. i. q. instrumentum ex anulis sphaeras imitantibus constans – Ringkugel, Armillarsphäre:* ALBERT. M. cael. 2,4,8 p. 228b,34 accideret . . . omnia instrumenta ut astrolabium et -as astronomorum esse falsa. 2,4,11 p. 234a,15. metaph. 11,2,22 p. 646b, 40 instrumenta diversa . . . sicut est -a et instrumentum aequinoctii. **B** *techn. i. q. ansa funis campanae circularis – ringförmiger Griff des Glockenseils:* FOLCUIN. Bert. 2,90 p. 167,7 (chart. a. 867) -am ad cloccam habentem argenti solidos v . . . obtuli Domino. ADREV. Bened. 26 p. 490,40 opere celatorio ex aere deformatae -ae . . . funibus dependebant, quibus campanae . . . pulsabantur. *ibid. al.* **C** *anat. i. q. vertebra – Wirbel:* ALBERT. M. animal. 3,19 venit *vena* sursum ad ultimam -am sive spondilem de -is, quae sunt in collo. 3,76 quod *(animal)* in loco spondilium non habet -as, sed unam continuam cartillaginem. *arcus vertebrae – Wirbelbogen:* ALBERT. M. animal. 14,59 -ae spondilium sicut anuli anulosorum factae sunt ex kartillagine. **D** *usu vario:* RUP. MEDIOL. Adalb. 27 p. 21,17 illa ferrea . . . disrumpitur -a *(sc. vinculum).* EGBERT. fec. rat. 1,1062 quam *(Leviathan)* prius -a . . . forasti ([*cf. Vulg. Iob 40,21*]. *sim.* ANSELM. LEOD. gest. 15 p. 198,1). ALBERT. M. animal. 1,173 in interiori auris est foramen tortuosum sicut -a aeris (2,68 color . . . -ae, quae fit ex aere). *fort. de anulo digiti:* MIRAC. Modo. 11 duas -as aureas . . . sancto vovit digitisque incaute has inserens unam . . . perdidit. *v. et l. 4.*

***armillaris,** -e. *armilla exornatus – mit einem Armreif(en) geschmückt:* ARNULF. delic. 89 hinc -es manicas, hinc torques et murenulas.

armillatus, -a, -um. *armillis armatus – (mit Armschutz) bewehrt:* NOTKER. BALB. gest. 2,17 p. 83,23 visus est . . . Karolus . . . ferreis manicis -us.

***armilline** rinderen (ringelen *ci. ed.*) GLOSS. III 349,47 St.-S.

***armillus,** -i *m.* (*ital. vet.* armella *ab* anima; *cf. Meyer-Lübke, REW³ nr. 475*) *nucleus acini – Weinbeerenkern:* TRACT. de aegr. cur. p. 340,37 ad vulvam constringendam . . . -os i. e. grana uve pulveriza. *v. et* arillus. *Rudolph*

armilustrium *(a. b,* -strum *c)* waffan sliffant *(Pa,* slifon *K)* GLOSS. I 52,11 St.-S.

armipotens, -entis. **1** *adi.:* *fortis in armis, bellicosus – waffengewaltig, tapfer:* BEDA hist. eccl. 5,7 p. 293,10 Caedual -s. PAUL. DIAC. carm. 26,17 vir -s *(sc. Karolus M.).* WALTHARIUS 1328 Hagano -s. CHRON. Albr. a. 774 p. 713,45 Alpes cum -bus Francis exuperans *Karolus M. al.* **2** *subst. masc.:* **a** *vir fortis – Held:* EKKEH. IV. bened. I 35,63

[Pape]

(de Heraclio imperatore) hoste triumphanti pax, vita sit -i. **b** *invasor – Angreifer:* CARM. de Cunone 183 sensit gens gentem, male providus -em *(sc. in aetate ferrea)*.

adv. ***armipotenter.** *more viri fortis – wie ein Held:* VITA Serv. 66 p. 142,17 -r . . . gentium deos devicit.

***armiraglus** *v.* *amiraldus. ***armiscara** *v.* *harmiscara.

armisonus, -a, -um. **1** *armis strepens – waffenklirrend:* ABBO SANGERM. bell. 2,512 -os . . . pedites. **2** *altisonus (instar aeris) – lautklingend (wie Erz):* EKKEB. SCHON. opusc. 11[E] p. 327,34 angelorum curia . . . in exultatione -e vocis . . . te . . . elevavit.

***armities,** -ei *f. armatura – Bewaffnung:* GLOSS. IV 131,31 St.-S. -e gewefini. 196,45 -es geuuapnithi.

***armizo,** -atum, -are. *script.* arma-: *l. 21. armare – bewaffnen:* GLOSS. IV 36,14 St.-S. -o giuuafino. 131,36.

adi. **armizatus,** -a, -um. *(loci spectant ad Vulg. II reg. 6,14, ubi pars codd. add.:* in organis armigatis [armizatis *var. l., gr.* ἡρμοσμένοις]. *cf. ThLL. VI 3. 2538,32sq. s. v.* harm⟨on⟩izatus) **1** *ferro vinctus – mit Eisen beschlagen:* GLOSS. II 324,18 St.-S. organa -a i. mit isine bilekito. **2** *sumptuosus – prunkvoll:* GLOSS. I 417,3 St.-S. -is (arma-*b. d*) preciosis vel giziuchaften.

armo, -avi, -atum, -are.

armis instruere, exornare – bewaffnen, (aus)rüsten (medial. i. q. arma induere – sich rüsten, e. g. l. 30.39):

I *proprie:* **A** *strictius de hominibus:* **1** *gener.:* WALTHARIUS 1309 brevibus gladiorum . . . telis -ti . . . accedere. WIDUK. gest. 1,6 quibus *(cultellis)* -ti . . . sub sagis suis procedunt. THIETM. chron. 4,73 miles . . . haec ad vindicanda -ari iubetur. 6,7 concives adversus . . . regem -antur. COSMAS chron. 2,35 p. 132,6 marchio . . . a subulco usque ad bubulcum -tos omnigena specie ferri, a subula usque ad stimulum, omnes iubet paratos esse ad bellum. ANNAL. Disib. a. 1095 p. 16,19 feminae . . . -tae incedebant. ANNAL. Ianuens. I p. 39,31 Ianuenses . . . -ti cum loricis et ensibus galeas . . . ascenderunt. II p. 71,21 potestas . . . fecit -are popolum totum. *saepe. refl.:* THIETM. chron. 5,3 Herimannus . . . contra Heinricum se -vit. ANNAL. Ianuens. III p. 61,14 quam plures . . . se -verunt et amicos suos -ari fecerunt. *al. in imag.:* WALAHFR. carm. 63,6,4 Maria virgo te . . . servet, -et, protegat. WALTH. SPIR. Christoph. I 13 iuvat . . . nos fide potius -ari quam ferro. CHART. Mog. A 451 p. 358,37 (dipl. Heinr. V.) omnium . . . manus in nos . . . -at *archiepiscopus. al. v. et supra p. 241,68.* **2** *publ. et iur.:* **a** *spectat ad usum legibus interdictum:* LEX Alam. 9 si quis in curte episcopi -tus contra legem intraverit. CAPIT. reg. Franc. 293,37 ut, quicumque ex clero esse videntur, arma militaria non sumant nec -ti incedant. *al.* **b** *spectat ad munus militare:* CAPIT. reg. Franc. 167,6 ut . . . fideles . . . -ti veniant, id est . . . cum lorica et scuto, ancipite atque fuste. EPIST. Meginh. 18 p. 212,3 cum semper bini *(sc. ministeriales)* singulos -are consueverint. **B** *latius:* **1** *de navibus:* **a** *armamentis instruere, in bellum expedire – fahrbereit oder kriegsbereit machen:* OTTO FRISING. gest. 1,34 -tis . . . navibus Greciae fines ingrediuntur. ANNAL. Ianuens. I p. 61,21 galeas -are dimiserunt, vela et remos in custodia posuerunt (p. 71,7 g. et sagitteas. III p. 116,17. *ibid. saepe*). II p. 86,15 furtim lignum unum -verunt. *al. v. et l. 61. p. 968,60.* **b** *(militibus) complere – bemannen:* ANNAL. Ianuens. I p. 22,16 navem . . . de quadringentis viris -tam . . . abstulerunt. III p. 136,13 -te fuerunt de hominibus civitatis galee (IV p. 150,23 cum lignis -tis h. et trabuchis vetare . . . navium exitum). *ibid. al.* **2** *de locis:* **a** *munire – befestigen:* OTTO FRISING. gest. p. 2,28 (epist.) quos *(pontes)* ipsi -verant et incastellaverant. **b** *occupare – besetzen:* ANNAL. Ianuens. IV p. 46,26 -te (-ti *N*) . . . sunt omnes porte -torum nobilium. **3** *de bestiis i. q. aliquem aptum reddere ad pugnandum – kampffähig machen, bewehren:* ALBERT. M. animal. 12,225 cornua . . . in capite posuit *natura,* eo quod ibi . . . melius -ant animal (*sim.* 12,222).

II *translate:* **A** *(sub)ornare, donare – versehen, ausstatten:* **1** *rebus corpor.:* WALTH. SPIR. Christoph. I 15 olim fatuis -tę facibus *puellae.* ADAM gest. 2,52 mille navibus . . . -tus Chnud occeanum transivit. *al.* **2** *rebus spirit.:* ALDH. ad Acirc. 112 p. 151,17 divisio dupla gemino -ta tempore. WALAHFR. Gall. 1,3 mentem serpentino furoris -vit veneno *(cf. Verg. Aen. 10,140).* WALTH. SPIR. Christoph. I 4 adolescentis industria . . . zelo pietatis -ta. BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 308,11 apostolica auctoritate fiducialiter linguatus et -tus. STATUT. ord. Teut. p. 129,22 fac eum . . . celestibus -ari presidiis. *al. refl.:* WALAHFR. Wett. 374 se fraude . . . -vere . . . Saffira et Annanias. **B** *(prae)parare – vorbereiten, bereit machen:* PASS. Leod. 19 (MGMer. V p. 300,7) a diabolicis viris . . . -batur consilium. WALAHFR. Blaithm. 119 precor sensus -are viriles. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 299,47 omnes in id ipsum -ti bellum. **C** *corroborare – bekräftigen:* CHART. Meckl. 13772 p. 19,30 (a. 1279) scripta presentia . . . sigillo nostro -vimus. **D** *inducere, commovere, incitare – bewegen, veranlassen, antreiben, aufhetzen:* WALAHFR. Blaithm. 100 caterva Danorum . . . furiis -ta malignis. TRAD. Ratisb. 157 hac . . . cogitatione -tus . . . tradidit . . . proprietatem. THIETM. (?) chron. 5,24 cum . . . appareat, que turba iniquitatis ad hec perpetranda eum -verit. NORB. IBURG. Benn. 14 p. 879,40 pacis . . . prolixitas . . . vulgus ignobile . . . in maiores -vit. OTTO FRISING. chron. 4,19 p. 208,37 proprias adversus eum *(Iohannem)* oves -vit *Theophilus. al. c. inf.:* THIETM. chron. 3 prol. **E** *augere – steigern:* THIETM. (?) chron. 5,29 Bolislaus . . . impietatem suam ad confringenda federa pacis . . . in tantum -vit, ut *eqs.* **F** *techn. i. q. applicare – darüberziehen:* HERACLIUS 5,17 desuper ipsas *(petulas)* -vi (ornavi *P*) vitrum.

adi. **1. armans,** -antis. *qui aliquem aptum reddit ad pugnandum – bewehrend:* ALBERT. M. animal. 4,108 membra . . ., quae sunt -ia ad proelium sicut dentes, cornua et ungulae.

2. armatus, -a, -um. *armis instructus, arma ferens – bewaffnet, gerüstet, waffentragend (usu praed.: v. supra p. 967,27sqq.):* **I** *proprie:* **A** *strictius de hominibus (de militibus gravis armaturae: l. 39.45. al. cf. p. 969,4):* **1** *gener.:* BEDA hist. eccl. 1,12 p. 26,8 legio. WIDUK. gest. 1,36 p. 52,20 tota nocte illa -i erant Saxones. 1,38 p. 57,15 misit legionem Thuringorum cum raro milite -o (THIETM. chron. 6,49. OTTO FRISING. gest. 2,21 p. 124,30. *saepe. remissius de angelis:* HROTSV. Gall. I 12,7 astiterunt mihi . . . milites -i . . . promittentes auxilium). THIETM. (?) chron. 4,37 nudis pedibus et -is manibus venerunt. COSMAS chron. 3,35 p. 206,10 hostium -a mille milia. OTTO FRISING. gest. 2,18 p. 120,9 equitum -orum. CHRON. Worm. p. 174,18 ruteros -os, equites et pedites. *saepe. v. et p. 969,52. per enallagen i. q. ad exercitum spectans – Heeres-:* LIGURINUS 4,27 favor -us turbaeque . . . plausus equestris . . . mulcebat principis aures. **2** *iur.:* **a** *spectat ad iusiurandum:* LEX Ribv. 37,1 coniurare debent cum dexteras -as (dextris -is, dextera -a *var. l.*). 69,1. **b** *spectat ad usum legibus interdictum:* LEX fam. Worm. 23 si quis . . . domum alterius cum -a manu introierit (DIPL. Heinr. II. 501[a] p. 640,41). *al.* **c** *spectat ad munus militare:* CAPIT. reg. Franc. 75 cum hominibus . . . bene -is ac preparatis . . . venire. **d** *spectat ad conditionem:* CONC. Karol. 14 p. 86,25 nulli . . . laicorum sive ex manu -a vel ex aliis ordinibus. **B** *latius:* **1** *de navibus i. q. armamentis instructus, in bellum expeditus – fahrbereit, für den Krieg ausgerüstet:* ANNAL. Ianuens. I p. 160,6 invenerunt galeas -as, quas . . . vassalli iudicis armaverunt. p. 167,31 in galea bene et honeste -a. II p. 104,7. *ibid. al.* **2** *de bestiis i. q. aptus ad pugnandum – kampffähig, bewehrt:* ALDH. ad Acirc. 50,1 -os dentibus apros. 97,1 *(de ariete)* sum . . . -us rugosis cornibus horrens. *ibid. al.*

II *translate:* **A** *(sub)ornatus, praeditus – ausgestattet, versehen:* ALDH. virg. I 11 p. 240,9 coenubialis militiae pugiles frontem vexillo crucis -am . . . offerentes. NOTKER. BALB. gest. 2,8 p. 62,2 ad Karolum serietate sobrietateque semper -um. ADAM gest. 4,7 Sconia est . . . -a viris, opulenta frugibus. **B** *tutus – geschützt:* ALBERT. M. animal. 1,120 appositio autem additamentorum in quibusdam *(ossibus)* est, ut sint -a *eqs.* **C** *minitans – drohend:* CHART. Pomm. B 864

p. 164,30 (a. 1266) nec pro suis amicis ... preces -as porrigant.

subst. **1. armatus,** -i *m.* *vir armatus, miles, eques – Bewaffneter, Krieger, Ritter (de militibus gravis armaturae l. 5.8.12. al. cf. Waitz, Verf.-Gesch. VII. p. 115):* WIDUK. gest. 2,19 cum novem tantum -is iter arripuit. BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 281,48 cum manu -orum vesana aecclesiam irrumpere. ANNAL. Pegav. a. 1132 rex ... modicum ... ducens exercitum, mille ... et quingentos tantum -orum. ANNAL. Ianuens. IV p. 92,11 milites CXX ... inter archatores, balistarios et alios -os. STATUT. ord. Teut. p. 112,21 si clamor ... exortus fuerit, -i se obicient. CHART. Stir. III 71 p. 133,29 cum viginti quatuor -is ferre auxilium. *saepe. v. et supra p. 958,36.* *c. emphasi de praestantia:* THIETM. chron. 7,71 rex ... predaciones aecclesiarum fortis -us vendicavit. 8,18 Heinricus ... fortis -us obiit.

2. armata, -ae *f.* *turma, legio – Heeresabteilung, 'Armee':* COSMAS chron. 3,42 p. 216,1 tres -as, quas vocant hospitum legiones, iubent extra castra ire *Ungari eqs.*

Armoniacus *v.* Ammoniacus.

armoracia (am-, -mon-, -riaca, -rica, -tia, -ea *sim.*), -ae *f. vel raro* **armoracium,** -i *n.*

1 *lapsana – Ackersenf (Sinapis arvensis L.):* ANTIDOT. Bamb. 14 -ci semen, quod alii rapistria dicunt. ALPHITA I p. 277,5 antinoracea (armoracea *var. l.*) rapistrum idem. p. 278,19 armonata, id est semen rapistri. II p. 8,27 amoracea. *al.* **2** *raphanos agria – wilder Rettich, Hederich (Raphanus raphanistrum L., cf. Fischer-Benzon, Gartenflora. p. 117sq.):* GLOSS. III 524,10 St.-S. armonica rapistrum hedruch. 535,4 -riaca heiderub. 547,46 -iaca (-naca *b*) hederich. *ibid. al.* **3** *rumicis species – stumpfblättriger Ampfer (Rumex obtusifolius L., cf. Fischer-Benzon, op. cit. p. 115):* GLOSS. III 478,9 St.-S. -tia mênva. *ibid. al.* **4** *pimpinella – (kleine) Bibernelle (Pimpinella saxifraga L., cf. Fischer-Benzon, op. cit. p. 115; H. Marzell, Gesch. u. Volkskunde der deutschen Heilpflanzen. ²1938. p. 154):* GLOSS. III 525,18 St.-S. arimorana bibnel. 534,47 -cia bibenelle. *ibid. al.*

1. armus, -i *m.* *script.* arb-: GLOSS. IV 260,5 St.-S. *form. acc. pl.* -ora: IOH. DIAC. cen. 2,133.

I *strictius i. q. humerus, scapula – Schulter(stück), Vorderbug (cf.* GLOSS. IV 35,51 St.-S. arma ab -is i. bougin nuncupantur. 36,20 -us scapula vel puoch. *saepe):* **A** *proprie:* **1** *gener.:* **a** *de bestiis:* WANDALB. mens. 21 apri lato configere ferro -os. NOTKER. BALB. gest. 2,8 p. 61,3 inter -um et guttur *uri.* EGBERT. fec. rat. 1,314 mantica mulorum lumbos, eques ulcerat -os *(cf. Hor. sat. 1,6,105).* EKKEH. IV. cas. 54med. cum -os et caeteras victimarum portiones semicrudas ... vorassent *Ungari.* CHART. Pruss. I 105,14 de qualibet fera ... -um dextrum ... reddere. TRAD. Westph. IV p. 63,13 *solvit* unum -um vaccinum. *al.* *in imag.:* HUGO FLAV. chron. 2 p. 397,11 -um in sacrificio et dextrum acceperat separatum *eqs. (cf. Vulg. lev. 7,33sq.).* **b** *de hominibus:* ALBERT. STAD. Troil. 5,195sq. *Penthesilea* exilit armata, probat -os et probat arma, an fore concordes -us et arma velint. **2** *anat.:* IOH. IAMAT. chirurg. 6,5 os -i ad inferiora decursi. ALBERT. M. mot. proc. 1,2 p. 50,18 brachium movetur in iunctura -i. p. 50,29 in motu ... brachii ... stat -us sive humerus. *ibid. al.* **B** *meton. i. q. fornix pontis – Brückenbogen:* CHART. Lamb. Leod. 365 p. 450,4 (a. 1243) ab utraque parte ab -is pontis, qui theutonice vocantur bughe.

II *latius:* **A** *de avibus i. q. os brachii, radius (alae) – Oberarmknochen (des Flügels):* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 75,23 vertebrum primi ossis ale, quod os medici dicunt -um. p. 76,6.30. 83,1. *ala – Flügel:* GLOSS. III 18,53 St.-S. -us ala. **B** *de hominibus i. q. bracchium, lacertus – (Ober-)Arm:* ANSCAR. mirac. Willeh. 24 -um ad omnia opera ... inertem habuit. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 153,31 teneat *falconarius* ... partem brachii, que est ab humero usque ad cubitum, que dicitur -us, descendentem recte.

2. *armus, -a, -um. (*cf.* eremus) *desertus – verlassen, wüst:* ANNAL. Ianuens. I p. 114,14 Lauricia ... civitas ... -a (gloss.: id est deserta) manebat nisi ecclesia episcopalis. *v. et* *alpisermus.

***arna,** -ae *f.* (*cf.* ἀρνός) *ovicula – Lamm (per compar.):* HUGO TRIMB. laur. 159 (add. p. 309) verna Dei Barna mitis et mitior -a. *v. et* agna *et ThLL. II 624,33.*

arnaglossa *sim. v.* arnoglossa.

***arnasia, *arnesia (-um)** *v.* *harnesium.

***arnica** (arinca, artinca *sim.*) *f.* *(orig. inc.; cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 406) herba quaedam salutaris (sc. ex familia Asteracearum) – Wohlverleih, Arnika (Arnica montana L., cf. Marzell, op. cit. p. 400; v. et Diefenbach, Gloss. p. 49c):* GLOSS. III 107,15 St.-S. arinca (-a *F*) wolviszeisila (294,37 -a). 549,10 artinca woluesdistele (*a. c, cf.* 535,55 arcinca), steindistel *(b). ibid. al.*

***arnidum,** -i *n.* *(orig. inc.) substantia quaedam dulcis – eine süße Substanz:* ALBERT. M. animal. 8,166 cibant eas *(apes)* humore dulci, qui tamen mel non est, sicut ex aqua -i et aqua liquiritiae (*de re cf.* 8,172).

arniglossa *sim. v.* arnoglossa.

arnion *n.* (ἀρνίον) *agnus – Lamm:* DYASC. p. 32b Greci arion *(sic)* agnum appellant.

***arnixia** *v.* *harnesium.

arnoglossa, -ae *vel rarius* **arnoglossus** (-os), -i *f. (m.: l. 46)* (ἀρνόγλωσσον) *script.:* arao-: GLOSS. III 599,8 St.-S. arâglossos. armi-: GLOSS. IV 131,34 St.-S. arna-: *l. 34.40.* arne-: *l. 31.* arni-: ANTIDOT. Bamb. 15. GLOSS. IV 36,23 St.-S. arro-: GLOSS. III 512,10 St.-S. -clo-: *l. 33.* -golsa: GLOSS. III 579,20 St.-S. -os(a): *l. 31.33.36.40. saepe.* -xa: GLOSS. IV 368,20 St.-S.

1 *plantago maior – Breitwegerich (Plantago maior L., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 248sq.):* AESCULAPIUS 5 p. 10,2 -ae seminis coclearia tria ... dato (TRACT. de caus. mul. 55 arneglose. *al.*). PAUL. AEGIN. cur. 176 p. 102,1 -ose (*3,31,3* ἀρνογλώσσου) suci (ANTIDOT. Sangall. p. 81,46 cum succo de cimas rubi et -closis. ANTIDOT. Glasg. p. 159,3 arnaglossi sucus. GLOSS. Roger. III 739 succus plantaginis, lanceolate et -e. *saepe*). 198 p. 125,27 degustare ... intubam et -am (-osam *A*). GLOSS. med. p. 10,6 -a, hoc est lingua berbena. ODO MAGD. herb. 197 herbam, quae nostra lingua plantago vocatur, hanc -am Graecus vocat *eqs.* CONSTANT. AFRIC. grad. p. 355,27 -a frigida et sicca. GLOSS. Salern. p. 9a,17 plantago, quinquenervia, arnaglosa. GLOSS. III 533,7 St.-S. -a, plantago, centenervia, lingua agni, weigebreite. IV 228,20 -osa i. uuegarih maior. ALBERT. M. veget. 6,291. *saepe. v. et supra p. 396,33.* **2** *plantago minor – Spitzwegerich (Plantago lanceolata L., cf. l. 35):* GLOSS. III 100,48 St.-S. plantago minor vel -a minner wegerich (171,28). WALTH. AGIL. med. 6 p. 99,15 *balneum* lanceolati -i. *ibid. al. v. et* *agnaglossa.

arnoricus *v.* ager *p. 375,54.* **arnotinus** *v.* annotinus.

arnugenes *v.* argemone. **arnus** *v.* annus.

aro, -avi, -atum, -are.

terram aratro subvertere – pflügen, ackern (subi. fere anim.; res: l. 63. p. 971,6.9. al.; de re cf. A. I. Njeussychin, Die Entstehung der abhängigen Bauernschaft. 1961. p. 39sq.): **I** *gener.:* **A** *proprie:* SERMO de sacril. 13 quicumque ... ad agrum -andum ... per lunam sibi fieri impedimentum credit. CONC. Karol. 22B,2 ante missam licentia sit -andi et seminandi. LEX Saxon. 66 boves, quibus -ari potest. THIETM. chron. 7,15 pecus -ans minavit *rusticus.* REGISTR. abb. Werd. 6,6 p. 175,14 tempore veris et autumni quandiu -atur et seritur. CHART. Wetzlar. I 62 p. 20,12 equum obtimum ipsum mansum tunc -antem. *al.* **B** **1** *in imag.:* **a** *spectat ad praedicationem, legem divinam:* WILLIB. Bonif. 5 p. 22,4 inculta cordium arva evangelico -ta vomere. HILDEG. scivias 1,3 p. 413B iustitia legis meae, quae -ta et culta est in sanguine Filii mei. **b** *spectat ad librum scribendum:* EKKEH. IV. (?) prol. Gall. p. 1097,4 agrum ... usque limitem -are, quem ipse *(Walafridus)* inaratum ... reliquerat. **c** *spectat ad operam perditam:* BERNH. GEIST. palp. 1,115 nisi litus -as, tibi praebendas dat *curia* ([*cf. Ov. epist. 5,116. al.*]. HEINR. WIRZ. cur. 80). **2** *alleg.:* HRABAN. univ. 19,1 p. 505A -are praedicationis est officium exercere (22,14 p. 611A). *ibid. al.* **C** *translate:* **1** *sulcare – (durch)furchen:* WALTH. SPIR.

[Pape]

Christoph. II 4,50 nobis magnum restat maris aequor -andum *(cf. Verg. Aen. 2,780)*. CARM. Bur. B 102,3,1 equora raptor -at. **2** *perarare – überziehen, durchziehen:* THEODULF. carm. 28,174 quos *(nummos)* Arabum sermo sive caracter -at. CARM. de cal. Leod. 8,10 (MG Lib. Lit. III p. 632) corpus -ant rugę *(cf. Ov. ars 2,118)*. *pervadere –durchdringen:* METELL. Quir. 52,14 quem sepelire parat, plurima pestis -at. **3** *terere – (zer)kratzen:* NIVARD. Ysengr. 6,340 stuppeaque ipsius *(rustici)* sagmata corpus -ant. **4** *exarare – niederschreiben:* MEGINH. FULD. Alex. 15 quae hic nostris manibus inordinate -ta videntur. PAUL. FULD. Erh. 2,1 librum. **5** *cingere – umgeben:* ERMOLD. Ludow. 4,376 clamidem . . ., aureus in gyro quam quoque limbus -at.

II *iur.:* **A** *spectat ad arationem illegitimam campi alieni:* LEX Sal. Merov. 27,31 (cod. A 1) si quis campo alieno -verit extra consilium domini sui. LEX Baiuv. 13,6 si quis messem vel pratum alterius -verit usque ad tres sulces. CHART. episc. Spir. 370 p. 336,25 (a. 1273) excessisse metas suas in -ando. *al.* **B** *spectat ad debitum opus araturae:* LEX Baiuv. 1,13 andecingas legitimas . . . -are, seminare, claudere. CHART. Sangall. A 120 unum iuchum -are, sicut mos est in domnico -are. CAPIT. reg. Franc. 32,62 de mansis, qui -are debent. 93,6 operas, collectiones frugum, -are, sementare . . . exigere. TRAD. Frising. 523[b] -ant *barscalci* dies III tribus temporibus in anno. *ibid.:* Hroadfrid -at pleniter. COD. Lauresh. 3671,5 huba ingenualis, quę . . . -at, colligit et recondit. REGISTR. abb. Werd. 2,3 p. 17,11 unum iugum . . . proscindere, id est gibrakon, dehinc -are. REGISTR. Patav. II p. 76,21 -ant *hůsmanni* . . . in hovesacha XCIV araturas in anno. *saepe. v. et supra p. 856,51.858,38.72.* **C** *spectat ad culturam propriam:* TRAD. Patav. 92 p. 80,11 (a. 985/91) quod *(praedium)* tempore presenti Boemani insidendo -bant. *v. et supra p. 857,46.* **D** *spectat ad novale:* CHART. Rhen. inf. I 12 (a. 799) eundem rothum in terra aratoria, quicquid in eo umquam -tum fuit, dedi (*sim.* 13). **E** *spectat ad mensuram agri:* TRAD. Scheftl. 139 (a. 1167/71) in uno campo quattuor iugera . . ., in tercio, quantum una die et dimidia -ari potest.

adi. **1. arandus,** -a, -um. *arabilis – pflügbar, Acker-:* CHART. Fuld. B 220 (a. 780/96) terram -am. *v. et l. 44.*

2. aratus, -a, -um. **1** *proprie i. q. excultus – bebaut:* DIPL. Heinr. II. 317 in Cremasa . . . -um predium non habetur. DIPL. Heinr. IV. 212 cum bene -is agris. CHART. Hall. I 93 p. 97,6 decimam de omnibus pratis, -is seu in futurum arandis ([*cf. notam ed.*]. *sim.* 136 p. 131,7). CHART. Brixin. 210 p. 200,38 cum . . . terris -is, pradivis, buscivis. **2** *translate i. q. rugosus – faltig, runzelig:* EBO BAMB. Ott. 2,17 p. 643,7 non contractam rugis faciem -a frons asperabat.

subst. **1. arans,** -antis *m. arator, agricola – Pflüger, Bauer:* ARBEO Emm. 23 p. 57,28 a quibusdam -bus in agro. ERMOLD. Pipp. 1,110 esurit hic noster . . . -s.

2. arata, -ae *f. aratio – das Pflügen:* CONC. Merov. p. 82,14 de opere . . . rurali, id est -a (-am *T. I*, aratu *B*) vel vinea vel sectione, . . . censuimus abstenendum (*inde* CAPIT. reg. Franc. 14,14).

arogrillus *v.* choerogryllus.

aroma, -atis *n.* (ἄρωμα) *script.* aru-: *p. 972,34. plerumque plur.; sing.: p. 972,43.45.46.*

I *odoramentum, condimentum, planta vel species odorifera – Duft-, Würzstoff, Spezerei, duftende Pflanze oder Droge (cf.* GLOSS. III 410,27 St.-S. -ta bimente. *al.):* **A** *gener.:* **1** *proprie:* AETHICUS ISTER 42 -ta nec pigmentum ad nullum opus visum. EINH. Karol. 16 p. 19,23 inter . . . -ta et ceteras orientalium terrarum opes ingentia . . . dona. NOTKER. BALB. gest. 1,16 p. 20,2 murem . . . -bus condivit. CONSTANT. AFRIC. theor. 5,103 p. 24a[v] odorifera . . . aut flores sunt aut -ta. HONOR. AUGUST. cant. 4,16 p. 429[B] -ta sunt odoramina, scilicet fructus arborum praedictarum *eqs.* LAMB. LEOD. Matth. I 536 quis usus in his, que semper -ta pixis clauserit? CARM. Bur. B 132,5[b],6 redolent -ta, cum cinnamomo balsama. ALBERT. M. veget. 7,58 vina et -ta meliora sunt in montibus. *al. v. et p. 973,3.31. de signo sanctitatis, miraculis:* STEPH. COL. Maurin. 9 putares ipsos *(fratres)* . . . secum, quoquo ibant, circumferre -ta. PRIMORD. Windb. 3 p. 562,31 odorati sunt *praetereuntes* . . . -ta absque specie aromatica. *al.* **2** **a** *in imag.:* RADBERT. Arsen. 2,13 p. 79,36 secum ubique -ta virtutum portavit (HRABAN. epist. 34 p. 468,14. *cf.* VITA Filib. 5 [MGMer. V p. 587,11] honustus virtute -um). NICOL. I. epist. 90 p. 510,4 plantes . . . honestorum odoriflua morum -ta. VITA Aldeg. I 4 (MGMer. VI p. 88,4) carnalis facultas evanescit . . ., et omnia -um virgulta florescunt. CHART. archiep. Magd. 315[b] p. 404,36 reliquias . . . cum -bus bone voluntatis obtulimus. *al.* **b** *per compar.:* RADBERT. Arsen. 2,12 p. 79,4 *egit Arsenius*, plane quod -ta solent. SALOM. II. epist. 24 p. 409,27 opinio . . . virtutum . . . redolentium more flagrantissimorum -um (-om *B a. corr.*). **c** *alleg.:* HRABAN. univ. 19,7 p. 523[C] -ta varia virtutum ornamenta significant (p. 524[A.B]). **d** *meton. de virtutibus ipsis:* MEGINFR. Emm. 4 (PL 141,975[A]) quas *(personas)* odor -um eius . . . adduxit. **B** *spec.:* **1** *species ad condiendos mortuos adhibenda – Einbalsamierungsmittel:* MILO Amand. 6 (MGMer. V p. 472,27) -ta pigmentariorum arte confecta humana nequaquam . . . sinunt putrescere cadavera. HROTSV. Sap. 8,1 corpuscula -bus condimus (WIPO gest. 37 p. 58,5. EBO BAMB. Ott. 3,26[ex.] *al.*). *al. v. et p. 973,61.* **2** *tus, thymiama – Weihrauch, Räucherwerk:* IDO Libor. 11 cum crucibus et vexillis turibulisque cum -bus. ADAM gest. 3,27 p. 170,22 fumo delectatus -um. *al. per compar.:* BRUNO QUERF. Adalb. A 24[ex.] fervet in eo spes . . ., tamquam in . . . altari accensa -ta flagrant. IOCUND. Serv. praef. (MG Script. XII p. 89,14) sicut -ta nisi incensa odorem . . . non expandunt, ita *eqs.* **3** *medicamentum odoriferum, suffimentum medicinale – wohlriechendes Medikament, medizinisches Räuchermittel:* PAUL. AEGIN. cur. 248 si vero cronica fiat dispositio, utendum suffumigationibus ex -bus (*3,73* διὰ ἀρωμάτων). TRACT. de caus. mul. 37 carbones in cacabo mittis et arumata desuper et sic fomicabis. HILDEG. caus. 1 p. 23,36 -ta et aliae medicinae in . . . arena *maris* sunt. phys. 1,172 p. 1195[C] pulvis iste . . . malos humores in homine velut bona -ta perscrutatur. *al. in imag.:* VITA Udalr. Cell. II 16 (8) orationum suarum -bus vulnera Salvatoris . . . inunxit.

II *odor suavis – Duft, Wohlgeruch:* **A** *proprie:* HILDEG. phys. 7,43 formica . . . de humore illo crescit, qui -ta educit. CARM. Bur. B 103,1,2[a],17 uni unam negans, . . . -um virgulam *(cf. Vulg. cant. 3,6)*. HEINR. WIRZ. cur. 574 locus . . . spirat -a novum. *de signo sanctitatis:* HROTSV. Sap. 5,23 decidentia frusta . . . corporis dant flagrantiam paradisiaci -is. **B** *in imag.:* NICOL. BIBER. carm. 1297 (ed. Th. Fischer. 1870) dicite de Roma, quod ibi fidei sit -a.

aromatarius, -i *m. medicamentarius – Apotheker:* MATTH. PLATEAR. gloss. p. 382[o] hoc *(sc. sorditiem alvearium apum)* ponunt boni -i et non ceram albam.

***aromaticalis,** -e. *aromaticus, condimentarius – Duft-, Gewürz-:* OLIV. hist. reg. 105 camelorum multitudo . . . species -es et alias merces preciosissimas . . . deferebat.

***aromaticitas,** -atis *f.* **1** *natur. i. q. odor proprius – spezifischer Duft, Geruch:* URSO gloss. 12 p. 37,13 quae *(lilium et viola)* aquae infusione ferventis . . . in sua -e mutantur et gravia odore efficiuntur. ALBERT. M. veget. 6,407 eius *(polii)* caput est . . . gravis odoris cum quadam -e. ALBERT. M. (?) animal. quaest. 4 app. 2 p. 148,44 amittit *muscus* -em suam. *sapor aromaticus – würziger Geschmack:* ALBERT. M. animal. 23,32 cynamulgos avis . . . comeditur propter -em eorum, quibus nutritur. *al.* **2** *medic. i. q. salubritas odoris – heilsame Duftwirkung:* MATTH. PLATEAR. gloss. p. 367[E] calida est *carpobalsamum* . . . propter sui naturam igneam, confortativam propter -em. WALTH. AGIL. med. 135 p. 216,30 cum medicinis compositis ex diversis speciebus, in quibus sit . . . -s. ALBERT. M. veget. 4,78 melior est . . . *planta*, si crescit in montibus altis, eo quod . . . virtus eius et -s ex . . . calore effecta est fortior. 6,154. *al.*

aromaticus, -a, -um. (ἀρωματικός) *script.* ha-: DYASC. p. 1[a].

I *adi.:* **A** *odorem suavem exhalans – duftend, Wohlgeruch ausströmend:* **1** *gener.:* **a** *proprie:* AETHICUS ISTER

81 p. 62,5 Parnassus ... -is radicibus ... saluber. EPIST. Worm. I 65 bdellium ... est arbor -a. CAES. HEIST. hom. II p. 84ᵃ specionaria, quae aromata terit ..., manus -as habere consuevit. ALBERT. STAD. Troil. 4,669 -us, non rusticus halitus oris. ALBERT. M. veget. 1,180 quaedam *arbores* sunt -ae et quaedam non; -arum autem quarundam radix est -a *eqs.* 2,134 spirituale ... humidum ... erit -um, delectabilem habens odorem. *al.* *de signo sanctitatis, miraculis:* MILO Amand. 7 (MGMer. V p. 478,20) obtulit se *sanctus* obtutibus ... incorruptione ... membrorum suave flagrantium quasi -us. MIRAC. Cuneg. 76 pulverem busto avulsum in -am herbam fuisse conversum. *al. v. et p. 972,2.* **b** *in imag.:* SEDUL. SCOT. carm. 2,72,21 cuius *(episcopi)* -um transcendat sidera votum. *al.* **2** *pharm.:* ANTIDOT. Berolin. 34 antidotum tyriaca -a. ANTIDOT. Glasg. p. 145,29 oleo -o. TRACT. de aegr. cur. p. 112,35 vinum subtile ... et -um. ALBERT. M. veget. 4,78 si planta aliqua est de speciebus -is medicinalibus. *al. adde:* IOH. NEAP. Sever. 19 ut ... nulla virtus -ae obicis ebullienti tabo compesceret. *in nomine plantae:* PAUL. AEGIN. cur. 211 p. 149,7 calami -i ([*3,48,3* καλάμου ἀρωματικοῦ]. ANTIDOT. Augiens. p. 47,27. COMPOS. Matr. 75,10. *saepe*). **B** *aromata continens – Duftstoffe enthaltend:* CONR. EBERB. exord. 3,16 p. 1074ᴮ fragrantiam sensit, ac si cellam -am ... introisset. *in imag.:* CHART. Westph. VI 880 (a. 1267) ingenialis virtus ... consiliorum -am constituit apothecam. **C** *suavis – angenehm, aromatisch:* RAHEW. gest. 4,72 p. 318,3 civitas ... diversis odoribus -is plena redolebat. Ps. GALEN. anat. 8 p. 187ᴬ discernunt *homines* ... inter extremos *odores* tantum, scilicet inter foetidum et -um. CAES. HEIST. mirac. II 1,33 p. 61,1 quatinus *vestis* ... odorem contraheret -um (aromatum *1*ᵇ·ᶜ). *al.* *in imag.:* ALBERT. M. euch. 3,1, 2,1 p. 239ᵃ,34 habet *sacramentalis cibus* ... saporem ... virtutis ex anima, qui est sapor -us (3,1,2,3).

II *subst. neutr.:* *quod odorem suavem exhalat – Duftendes, Wohlgeruch Verbreitendes:* ALBERT. M. bon. 199 p. 123, 13 odor malorum, id est pomorum vel huiusmodi -orum. ALBERT. M. (?) animal. quaest. 4 app. 2 p. 148,49 omnia -a necesse est esse calida. *al.* *suffimentum – Räuchermittel:* ALBERT. M. animal. 10,47 fiat suffumigatio mulieri ex -is et dirigatur fumus ad matricem. 10,73.

aromatizo, -atum, -are. **1** *aromatibus condire – einbalsamieren:* ADEMAR. hist. 2,25 corpus eius *(Karoli Magni)* -tum ... est. 3,38 quod *(caput)* -tum rex ... auro cooperuit. **2** *odoribus adiuvare vel proficere – durch Duftwirkung günstig beeinflussen:* CONSTANT. AFRIC. grad. p. 354,6 membra ... -ando confortat *muscus.* p. 368,10 alithinum ... stomachum confortat eumque -at.

adi. **1. aromatizans**, -antis. *fragrans, odorem suavem exhalans – duftend, Wohlgeruch verbreitend:* **1** *proprie:* TRANSL. Patrocli p. 281ᵇ,18 -s fumus ille, qui in manifestatione sancti ... corporis ... sensibiliter cognitus est (BRUNO QUERF. fratr. 29). HIST. mart. Trev. 18 septem sarcofaga sanctorum martyrum totidem corporibus -ia. *al.* **2** *in imag. et per compar.:* ARNOLD. RATISB. Emm. 1,3 virtutum odoribus -s beatus Emmerammus. REIN. LEOD. grat. (MGScript. XX p. 616,40) vota sicut ungentum nardi ... -ia.

2. aromatizatus, -a, -um. *fragrans, conditus – wohlriechend, gewürzt:* THADD. FLORENT. cons. 42,82 utatur aqua vite simplici vel -a.

***aromatus**, -a, -um. *aromatibus conditus – einbalsamiert:* CHRON. Fred. 2,50 p. 70,16 *Theodosius* -us (aromatibus *1 mᵃ*) ... sepultus est.

aron *vel* **aros** (-us), -u (-i) *n. (l. 72; ceterum de genere diiudicari non potest)* (ἄρον) *script.:* aa-: *l. 71. p. 974,2. al.* au-: *p. 974,5.* ca-: *p. 974,5.* ia-, ya-: *p. 974,3.4.6. al.* ilia-: *p. 974,3.* ?or-: *p. 974,4.* *?form.* ara: *l. 70.*

dracontium minus – Natterwurz, Aronstab (Arum maculatum L. vel sim.; cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 443sqq.): PAUL. AEGIN. cur. 117 p. 71,28 dracontee sucus et -u (*3,23,1* ἄρον). ANTIDOT. Glasg. p. 159,20 recipit: ara -i, sulfor -i. Ps. ODO MAGD. herb. 1 est aaron nostra, Syrorum castica lingua. CONSTANT. AFRIC. grad. p. 350,19 -os calidum est in primo gradu, siccum in secundo. HILDEG. phys. 1,49 folia herbae aaron. GLOSS. III 524,34 St.-S. -on ruthe. 530,5 iarus kalbeswůz. 542,33 iliaros pes vituli cabeswz. GLOSS. Salern. p. 7ᴮ,30 iarus, barba Aaron, pes vituli, oronis. TRACT. de aegr. cur. p. 190,2 radicem cari, i. barba auron. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 25,22 radices ... yari. *saepe.* *Pape*

arontilla *v.* argentilla. **aros** *v.* aron.
arothatylo *v.* erythinus. **arotilla** *v.* arietillum.
arpa *v.* harpa. **arpagarius** *v.* erpicarius.
arpago *v.* harpago. **arpaxo** *v.* harpazo.
arpenna, arpentum *sim. v.* aripennis.
Arpia, -iga *sim. v.* Harpyia. ***arpustris** *v.* *arbustris.
***arquaticus** *v.* *arcuaticus. **arquatus** *v.* arcuo (-tus).
arques, -itis. *arcu instructus – mit Bogen ausgerüstet:* URSIO Marc. 2,12 (6) procedunt -es pueri. *v. et* arcister.

arra (arrha), -ae *f. script.* ar(a): *l. 26.* *saepe plur. sensu sing.*

I *strictius i. q. pignus – (Unter-)Pfand:* **A** *proprie:* **1** *iur. et publ. (cf. Schröder-Künßberg, Rechtsgesch. p. 326sq. 332):* **a** *res (pretiosa) ad negotiorum vel foederum cautionem danda – Aufgeld, Drangeld, Sicherung (cf.* CHART. civ. Hild. 209,23 [c. 1249] siquis aliquid emit et aliquam summam super eo dederit, quod dicitur oringe): LEG. Wisig. cod. Eur. 297 qui -as pro quacumque acceperit re, ⟨prae⟩tium cogatur implere, quod placuit *eqs.* LEX Baiuv. 17,3 si ... testis per aurem tractus fuerit ... propter -as (aras *P 6*), qui donat quasi pro pignus ... rem, usque dum solvat debitum et pignus recipiat. RATHER. epist. 19 p. 109,19 -as dare soliti sunt de re qualibet negociaturi, quibus utique obligentur *eqs. al.* *insignia (regni), symbolum – (Herrschafts-)Zeichen, Symbol:* ROD. GLAB. hist. 3,38 p. 86,28 legati ... deferentes ei *(regi)* -am principatus ... totius Italię regionis. NIVARD. Ysengr. 3,1131 duellarem ciroteca et pilleus -am proponunt. **b** *donatio ad sponsalium confirmationem (plerumque a sponso) danda vel mutuanda – Mahl-, Treuschatz, Brautgeschenk (cf.* GLOSS. IV 181,41 St.-S. -a vel arrabo dos matrimonii vel phant): LEG. Wisig. 3,1,3 anulus -arum nomine datus ... vel acceptus (CHRON. Fred. 2,62 p. 86,6. NICOL. I. epist. 99 p. 570,4 postquam arrhis [*C*, -is *B*] sponsam sibi sponsus per digitum fidei a se anulo insignitum desponderit). 3,1,4 -arum aut scripture ... confectio. ALDH. virg. II 2068 pactis sponsalibus -ae (*cf.* HINCM. epist. I 136 p. 103,30 -ae sponsaliorum et benedictio sacerdotalis). LEX Raet. Cur. 3,6 illut, quod in -as dant. FORM. Pith. A p. 598,2 filiolam ... per solido et denario et in -as habui desponsata. EKKEH. IV. pict. Mog. 182 absque anulo ... dat et ipse Rachel procus -as. CONST. I 319,1 dabit *Conradus* ei *(Berengariae)* donationem propter nuptias, quae vulgo dicitur apud Romanos doaire, apud Hispanos arrhas. CHART. Stir. II 4 p. 20,17 uxor eius Iudita pro -a coniugali sue proprietati addixit *praedium. al.* *in imag.:* CHART. Osn. I 325 p. 261,1 (a. 1170) dum sponse Christi ęcclesię -am, anulum scilicet et baculum, vice paranimphi gereremus. *anulus (episcopalis) – (Bischofs-)Ring:* CHRON. Merseb. 4 p. 173,40 cum ei rex baculum pastoralem simulque -am ecclesiasticam commisisset. **2** *usu vario:* EPIST. Meginh. 22 p. 216,32 litteras meas ut -am ... expostulare (*cf.* EPIST. Hann. 57). CATAL. biblioth. Ruf 3 p. 19,25 camerarius dedit pro -a dorsalia IIII. **B** *translate:* ALDH. ad Acirc. 10 p. 85,2 scandens in ligno Christus dedit -am vitae. HRABAN. hom. II 125 p. 385ᴰ filii Dei arrham (pignus *Vulg. II Cor. 5,5*) sui spiritus percipere merentur. EKKEH. IV. bened. I 34,23 aureus in terra fidei sit et anulus -a (gloss.: pignus ecclesię de gentibus).

II *latius:* **A** *iur. et publ.:* **1** *praestatio in possessionis mutatione solvenda – Handänderungsgebühr, Ehrschatz:* CHART. Turic. 1118 (a. 1260) receptis prius ab eisdem religiosis quasi nomine -e decem marcis argenti (1567 p. 276,13). **2** *praestatio (vini sim.) in foederis sanctione solvenda – Gebühr bei Vertragsabschluß, Weinkauf u. ä.:* CHART. Westph. III 793 (a. 1267) dedit idem Iohannes -as consuetas liberis et scabinis. **3** *donum mariti post noctem nuptialem uxori offerendum – Morgengabe:* CHART. Carinth. II 661 (a. 1264) -am

[Prinz]

quandam, quod Teutonice morgengabe nuncupatur, dominam Mariam . . . nobis resignasse. **4** *dos – Mitgift:* ANNAL. Mell. Zwetl. II a. 1184 regi Heinrico . . . cognata regis Siculi datis in -am quadraginta milibus marcarum desponsatur. CONST. I 319,4 in dotem, id est in arrhas. **5** *conductio – das Mieten:* GREG. IX. registr. 791 p. 698,40 recepisse . . . pro -is et magisterio dictarum galearum . . . libras tria milia. **B** *usu communi i. q. merces – Lohn:* CLEM. IV. registr. 674 p. 698,16 *(in imag.)* licet . . . stipendia et -as confusionis extreme . . . exinde reportarit.

arrabilis *v.* arabilis.

arrabo (arrh-), -onis *m. (f.: l. 24; ?n.: l. 38)* (ἀρραβών) *form.: sing.: nom.* -b(i)on: *l. 20sq. adde* GLOSS. IV 131, 37 St.-S. -ion. *acc.* -ona(m): *l. 24.30 abl.* -na: *l. 25. ?plur. acc.* -na: *l. 38.*

pignus – (Unter-)Pfand (cf. GLOSS. III 221,17 St.-S. -o phant. IV 251,8 -o pignus wedde): **I** *proprie:* **A** *iur. et publ.:* **1** *res (pretiosa) ad negotiorum vel foederum cautionem danda – Aufgeld, Drangeld, Sicherung (cf.* GLOSS. IV 196,26 St.-S. -on pignus vel cohpscillinc [*i.* coufsc-]. 236,53 -a i. harrunga. ALBERT. M. pol. 1,8[h] p. 68[b],13 arrhabon est pars pretii, quo obligatur vendens ementi, ut non recedat a contractu): LIUTPR. leg. 7 p. 180,9 *(de Apulia)* optimam amicitiae -a (arabonam *cod.*). CARM. Cantabr. 14,4[b],3 pro -e (-a *W p. corr.*) mercatori tradens *natum.* TRAD. Welt. 79 Chŏnrat tradidit sancto Georio pro -e . . . predium. *symbolum – Symbol:* FORM. Sangall. II 27 ut . . . foedus . . . firmiter permaneat, mittimus vobis pro -e cavallum. LIUTPR. antap. 1,22 cui Berengarius, ut promissionis suae fidem daret, credulitatis -em (-e, -a *codd.*) clipeum portat. HARIULF. Arnulf. 14 sponsionis -em . . . ponere super reliquiarum lecticam . . . cyrothecam. **2** *donatio ad sponsalium confirmationem danda – Mahlschatz, Brautgeschenk (cf.* GLOSS. III 415,35 St.-S. -e mehelschaz. *v. et p. 974,36):* ANNAL. Quedl. a. 995 p. 73,1 *(in imag.)* sacri velaminis -e Christo, sponso coelesti, . . . consignata est *Adelheid.* **3** *?bonum (dotale) – ?Gut (als Mitgift):* CHART. Rhen. inf. I 68 p. 34,11 (a. 874, spur.?) predia nostra sanctismonialibus . . . et -a, quę sita sunt in Linchesce, cum universis decimationibus . . . confirmamus *(sc. abbatissa).* **B** *usu communi:* ARNOLD. RATISB. Emm. praef. p. 547,27 mihi pro -e libri saltim vel versiculum poscenti. NIVARD. Ysengr. 7,277 -o, quam michi quęro, datur pes iste manendi. **II** *translate:* LIBRI Karol. 1,6 p. 20,34 -em corporalis sarcinę relinquentes *Petrus et Paulus.* AMALAR. off. 1,27,29 -a Dei suscepimus, ut illius simus *(cf. Vulg. II Cor. 5,5).*

arrado (ara-), -ere. (ab *potius quam* ad *et* radere) **1** *radendo auferre – abkratzen:* ANNAL. Plac. a. 1266 p. 520,18 arma eius *(marchionis)* ubique aradere. **2** *abolere – beseitigen:* CHART. Wirt. VI 1939 (a. 1267) solet . . . accidere, quod . . . -at oblivio, que viderunt *testes. v. et* abrado.

arramio *v.* adramio.

***arratiocinor** (adr-), -ari. *ad rationem reddendam compellere – zur Rechenschaft ziehen:* CHRON. Andag. 23 p. 64, 15 ut secum de negotio patris Godefridum ad-rentur, eos conduxit *abbas.*

***arregno,** -avi, -are. *regnare – herrschen:* TRANSL. Gerulfi 11 (MGScript. XV p. 907,24; c. 1088) Balduinus . . . XXXVI -verat (are- *cod.*) annis in comitatu Flandriarum.

***arrenda,** -ae *f.* (ad *et* *rendita) *census datio, conductio – Zinszahlung, Pacht:* CHART. eccl. Erf. 291 p. 159, 37sqq. (c. 1248) acceptavimus in commendam seu -am cellam seu capellam . . ., pro qua quidem commenda et -a . . . exsolvere tenebamur tres margkas (p. 160,7.23. 292 p. 161,1).

II *latius:* **A** *vi praepositionis vigente:* **1** *subi. anim.:* **a** *auxilio esse vel venire, assistere, favere – beistehen, zu Hilfe kommen, helfen (cf. p. 1090,59sqq.):* **α** *gener.:* *per praesentiam localem:* WIDUK. gest. 3,68 p. 142,13 *Wichmannus* cito cum sociis adest Sclavo. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,200 cives, succurrite civi, vel iam lapsuro Iunonis adeste marito. THANGM. Bernw. 33 addens ei socium . . ., qui subcenturiatus adesset, si quid forte adversi . . . emersisset. *spirit.:* CARM. Aldh. 2,112 volumina . . ., quorum auctori aius adesse constat alitus. WALAHFR. Mamm. orat. 18 o beate Mammes, assis obsecro *eqs.* AGIUS epic. Hath. 451 aderit in cunctis vobis . . . femina sacra. CARM. Bur. B 148,1[c],1sqq. Venus assit omnibus ad eam clamantibus, assit cum Cupidine *eqs.* STATUT. ord. Teut. p. 130,33 Deus . . ., adesto propicius, ut *eqs. al.* **β** *c. colore quodam: intercedere – sich einsetzen:* CYPR. CORD. carm. 1,22 (MGPoet. III p. 144; s. X.[1]) adsis pro me Deo, adclinis posco. *operam conferre – den Dienst zur Verfügung stellen:* WIDUK. gest. 1,8 p. 9,18 Saxones . . . eorum *(Brettorum)* necessitatibus atque commodis aeque semper affuturos. WIPO gest. 1 p. 11,13 summis rebus adesse, consulere. **b** *oboedire – hören (auf):* **α** *attendere – bei der Sache sein:* GODESC. SAXO theol. 18 p. 251,5 quaeso te, quo totus nunc adsis ad intelligendum (CONR. HIRS. dial. 1089 t. adesto). **β** *adnuere – Gehör schenken:* HELM. chron. 70 p. 135,15 peticioni . . . proniores adesse. **γ** *obtemperare, parere – gehorchen, dienen:* GESTA Bereng. 3,289 ne geminis . . . cogamur adesse (gloss.: parere, obedire) tirannis. SIGEH. Maxim. 1 praef. ego plane tibi pro viribus adero. THEOD. TREV. Liutr. 39,1 se soli iam votis Deo dedicatis affore. **c** *paratum esse, consentire – sich bereit erklären, einverstanden sein:* TRAD. Frising. 330 (a. 814) tunc querens episcopus, quomodo . . . oratorium hereditare voluisset, et ille libenter adfuisset et statim fatebat *eqs.* (336. *ibid. al.*). 352 Cotesdiu devote ac diligenter extimplo adfuit coram magna multitudine et tradidit. *ibid. al.* **d** *praeesse, regere – vorstehen, regieren:* CHRON. Salern. 99 p. 100,8 a papa, qui tunc in tempore adherat (103. 121). DIPL. Heinr. IV. 343 cu⟨m⟩ congregatione, cui nunc prior Teutius adesse videtur *eqs.* **2** *subi. res:* **a** *(sub)esse – (unter)stehen:* DIPL. Karoli M. 89 p. 129,14 qua⟨liter⟩ sub nostram tudicionem . . . adesse debuisset *monasterium.* DIPL. Karoli III. 160 p. 260,37 ut res . . . stabiles sub eorundem canonicorum potestate adesse concederemus. **b** *attinere – gehören:* DIPL. Merov. II 22 p. 107,45 quod ipsas ris . . . ad casa sancti Dionisii aderant (*sim.* DIPL. Pipp. 6 p. 10,3). *adde:* FORM. Senon. II 6 p. 214,15 quod servus ad colono suo . . . de capud suum aderat. **c** *cohaerere – in Zusammenhang stehen:* HILDEG. div. op. 2,5,27 p. 925[B] in terrenis rebus, quae carni adsunt. **d** *retribui – vergolten werden:* DIPL. Ludow. Germ. 47 hoc nobis . . . a remuneratore omnium bonorum in eterna beatitudine credimus affuturum. **3** *impers. i. q. (suum) est – es ist (seine) Pflicht:* HILDEG. epist. II 157 tibi adest, ut planas vias . . . ambules.

B *vi praepositionis evanida i. q. esse – sein:* **1** *vice verbi copulativi:* CHRON. Fred. 4,40 gentes, que illic adtractae fuerant, . . . procul fecit adesse (abvar. *l.*). DIPL. Merov. I 73 p. 65,9 quod ipsas donacionis . . . veracis aderant. FORM. Marculfi 1,13 p. 51,15 sicut eius adfuit petitio (TRAD. Frising. 353). FORM. Senon. I 46 sic vero et actum aderat. II 3 p. 212,18 quod servus monasterii . . . de capud suum aderat. FORM. Sal. Bign. 7 p. 230,23 ipso servicio sancto illo, unde negligens aderat, . . . rewadiare (FORM. Sal. Lind. 21 p. 282,6. *al.*). LEX Sal. Pipp. prol. 2 p. 84,8 qui tunc tempore eiusdem *gentis* aderant rectores (*cf.* ERMENR. ad Grim. 36 p. 577,32 *Augia,* cuius adest Folcwinus custos . . . abbas. DIPL. Heinr. II. 387 p. 494,24). WALAHFR. Mamm. 14,11 testis adest scriptura. Blaithm. 29 nomen *Blaithmaic* sermone Latino 'pulcher natus' adest. AGIUS epic. Hath. 240 cui tunc bonitate nequibat affore par ullus. VITA Erasmi 119 *Dominus* plasmator adest celi terreque. VITA Ger. Bron. 21 p. 672,17 tametsi iam afforet aevo progressiori. NIVARD. Ysengr. 7,393 iam sanctus ades. CHART. Lux. III 42 p. 41,7 coram quibus sibi durum aderat respondere *eqs. saepe.* **2** *vice verbi auxiliaris:* SISEB. Desid. 3 sciens Dominum adfuturum non tam eloquia quaesiturum quam opera. RHYTHM. 23,14,3 quid aderunt tunc dicturi. IOH. SCOT. carm. 7,2,10 *Dionysius* Attidas edocuit, de quibus ortus adest. AGIUS epic. Hath. 442 Helias dum forte revectus ad superos curru afforet. CARM. Cent. 73,9 ne noster *visus* totus subito combustus adesset. DIPL. Otton. III. 56 quod minime futurum adesse credimus. *al.*

partic. **adens,** -entis. **1** *adi.: praesens – anwesend:* GESTA Ern. duc. II 40 p. 250,23 postquam Arimaspos homines duos . . . -es cum Mauris duobus etiam -bus contuebantur. **2** *subst. masc.:* **a** *qui adest – ein Anwesender:* CARM. de Tim. 31 ridens . . . ambiguos reddebat -es. GESTA Ern. duc. II 32 p. 235,34 rex Indiae et omnes -es. **b** *advena – Ankömmling:* GESTA Ern. duc. II 30 p. 232,16 finem vitae per hos -es adesse timuerunt. *Payr*

assumentum, -i *n. lacinia vesti resarciendae apta – Flikken (cf.* GLOSS. I 724,1 St.-S. plezzo vel âscrota. III 718,26 swinge. IV 37,38 infengida. *al.):* ALCUIN. epist. 212 p. 353,26 volentes rudis panni -um *(cf. Vulg. Marc. 2,21)* veteri inmittere vestimento.

?assummo (ads-), -avi, -are. *consummare – vollenden:* DIPL. Karoli M. 254 p. 367,24 (spur. ante s. XI.[in.]) Alcuinus cancellarius . . . perfecit, ad-vit (adsum. *cod.*), dedit *eqs.*

assumo (ads-), -sum(p)si, -sum(p)tum, -ere. *script:* ads-: *praevalet in schedulis nostris usque ad s. IX.[med.], deinde paulatim evanescit.* ats-: *p. 1094,60.* asu-: *p. 1094,5.30.* -mm-: *p. 1093,64. 1094,29. 1095,12. 54.* -ubta, -upta: *p. 1094, 60. depon.: p. 1093,38.*

I *proprie:* **A** *obi. res:* **1** *(manu) apprehendere, capessere – (in die Hand) nehmen, ergreifen:* VITA Galli I 5 ad-pta cruce. GERH. AUGUST. Udalr. I 17 p. 406,19 ad-ptis brachiis episcopi. 25 p. 410,50 episcopus -pto baculo commendavit abpatiam . . . Roudungo. BERTH. (?) annal. a. 1073 p. 276,19 -pto festinanter thesauro suo . . . evasit. *al. in imag.:* WETT. Gall. 4 ad-pserunt contra eos invidiae arma. WALTH. SPIR. Christoph. II epist. p. 10,17 *(c. sensu incipiendi)* -pto in manus opusculo. **2** *percipere, comedere – zu sich nehmen, genießen:* LEG. Wisig. 4,2,17 nature origo ita . . . decurrit, ne his, qui nascitur, prius aliut quam se suscipientem ad-at herem. CONC. Karol. 46[A],10 corpus Christi . . . digne studeant -ere. **3** *(in se) suscipere, induere – (an sich) nehmen, anziehen, annehmen:* **a** *strictius:* **α** *de vestibus:* HUGEB. Wynneb. 13 p. 117,16 sacrum velamen. OTTO FRISING. gest. 1 prol. p. 11,22 peregrinandi habitum. ALBERT. M. princ. 7,1 p. 359[b],20 *(de habitu)* hoc autem, quod figuram est accipiens alterius propter alterum -ptum, dicitur habitum. *al. partic. perf. i. q. vestitus – bekleidet:* CHART. episc. Misn. 92 p. 85,35 (a. 1222) renuntiationem . . . publicabunt habitum poenitentiae -pti. **β** *de insignibus:* OTTO FRISING. gest. 1,42 p. 61,5 Saxones . . . cruces itidem easdem gentes bello attemptaturi -pserunt (CONO LAUS. notae p. 781,43 -msit . . . episcopus signum crucis. CONST. II 116,10). **γ** *de ancora i. q. tollere – lichten:* PHILO 125 (MittSchlesGesVolksk. 19 p. 61) -itur anchora. **b** *latius de substantiis, speciebus sim.:* **α** *de incarnatione (cf.* ALBERT. M. incarn. 26 p. 197,4 -ere . . . est ante unire): GODESC. SAXO theol. 22 p. 295,5 manens quod erat, ad-psit quod non erat. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,105 -ptae spatium carnis. GODESC. AQUENS. opusc. 5,5 p. 160,33 quam *(carnem)* -psit *Deus* de te, virgine. GERHOH. epist.

[Humperdinck]

(Scholastik 13 p. 43,7) propter hominis -pti et Verbi -entis personalem unitatem. *saepe.* β *de transfigurationibus:* NOTKER. BALB. gest. 1,21 p. 29,8 *(de diabolo)* -pta specie . . . leprosi. ALBERT. M. summ. theol. I 18,75,2 p. 784ª,8 quaeritur, ex quo elemento angeli -ant corpora. p. 785ᵇ,22 quia caliginoso corpore -pto magis congruit *daemon* tentationi. *ibid. al.* γ *de manifestatione divini:* ALBERT. M. cael. hier. 4,2 p. 105ª,13 res non dicuntur -ere essentiam divinam, ut sint secundum substantiam, sed exemplariter. δ *de colore mutato:* MAPPAE CLAVIC. 42 donec -at *aurum* eandem nigredinem. **4** *possidere, acquirere – (in Besitz) nehmen, erwerben, übernehmen:* a *gener.:* EIGIL Sturm. 15ª sacerdotes . . . sancti martyris corpus ad-entes in basilicam suam . . . posuerunt. b *iur. et publ.:* LEX Ribv. 73,1 nisi . . . quis auctorem interfectionis *(sc. lignum)* in usos proprios ad-pserit. CHRON. Fred. 3,53 cuius *(Childeberti)* thinsauris et regnum Chlotharius ad-psit. EINH. Karol. 33 p. 39,16 ut . . . altera *subdivisio substantiae* a filiis . . . ad-pta . . . divideretur. REGISTR. abb. Werd. 2,3 p. 17,29 veteres palos . . . in usus suos ad-ere. DIPL. Otton. I. 322 ut abbatiam . . . in ius et proprietatem nostri . . . fisci -remus. TRAD. Ratisb. 220 proprietatem . . . ad suum servitium -ere. CHART. Eichsf. 232 p. 137,13 mansum . . . vendidi . . . insuper -endo vestem pluvialem. *al. lucrari, exigere – vereinnahmen, eintreiben:* CAPIT. reg. Franc. 43,8 qui decimas ad-unt. DIPL. Loth. III. 99ᵇ p. 159,25 nec paratas nec fodrum inde -ere neque postulare. **5** *(secum) ferre – (mit sich) nehmen:* EIGIL Sturm. 23 ut sancti martyris corpore adsumto ad Hamelanburg properassent. WALAHFR. Gall. 1,11 p. 292,21 ea *(cibaria)* . . . secum -ens. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 294,33 uxore -mta et . . . non parva peccunia. *al.* **6** *includere – einfügen:* FUND. cell. Ioh. (MGScript. XV p. 1004,37; c. 1126) pergunt *termini* . . . per semitam . . . ea, que huic semite superiora sunt, sibi -entes. B *obi. anim. (v. et l. 30):* **1** *accipere, suscipere – (zu sich) nehmen, übernehmen:* a *de coniugio sim.:* LEG. Wisig. 3,1,5 p. 127ª,16 in coniugio mulier adsumta. *al.* LIBER hist. Franc. 33ᶜᵃᵖᶦᵗ. eam . . . Merovechus in uxorem ad-itur. THEGAN. Ludow. 2 eam . . . imperator in matrimonium -psit. DIPL. Otton. II. 21 p. 29,32 Theophanu . . . coniugem . . . -ere. ADAM gest. 3,12 p. 153,11 rex . . . alias uxores et concubinas -psit. CARM. Bur. B 60ª,3ᵇ,2 nulla . . ., quam sic -pserim. b *de servitio:* LEX fam. Worm. 29 si episcopus fiscalem hominem ad servitium suum -ere voluerit. TRAD. Frising. 1468. c *usu vario:* WIDUK. gest. 3,50 quia . . . loco filiorum eum -pserit. 3,66 Gero . . . barbaris, a quibus eum *(Wichmannum)* -psit, restituit. THIETM. chron. 3,26 ab eo rex tenellus ad nutriendum . . . a Warino . . . -itur. OTTO FRISING. chron. 4,3 p. 187,33 Constantinum . . . *Romanos pontifices* in patres -psisse. **2** *asciscere, attrahere – herbeiholen, heran-, hinzuziehen:* BEDA hist. eccl. 3,28 p. 195,11 adsumtis in societatem ordinationis *antistitis* duobus . . . episcopis. CAPIT. reg. Franc. 39,11 optimus quisque . . . in testimonium ad-atur (*cf.* TRAD. Patav. 214 -pto in testem Geroldo). TRAD. Frising. 449 eo modo hanc renovationem . . . fecit: ad-psit parentes et propinquos proprios, tulit cespites. BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 292,41 -ptis undecumque non modicis militaribus praesidiis. CHART. Eichsf. 119 ubi congregationem monachorum . . . institui, quos de claustro Volcolderoth -psi. STATUT. ord. Teut. p. 107,20 preceptor -ptis fratribus . . . ydoneis computacionem faciat. *al.* **3** *recipere – (zu sich) aufnehmen:* a *theol.:* α *de obitu:* BEDA hist. eccl. 4,14 p. 234,30 rex . . . ad sempiterna animarum gaudia adsumtus in caelum (WOLFHER. Godeh. I 25 p. 186,21 assummitur). THIETM. (?) chron. 4,28 talem sibi per palmam martirii -psit *Deus* famulum. ALBERT. M. resurr. 81 p. 288,14 animae sanctorum -untur secundum choros angelorum. *al.* β *de assumptione Mariae et ascensione Christi:* AGIUS epic. Hath. 336 virgo Maria -pta aetherea incolit . . . loca (ALBERT. M. resurr. 81 p. 288,19 quod . . . sit . . . locus Christi ascendentis ultra locum beatae -ptae virginis). HROTSV. asc. 125 Iesus . . . -ptus caelos qui transcendit super altos *(cf. Vulg. Marc. 16,19. al.). v. et p. 1096,43sq.* b *publ. et eccl.:* RUOTG. Brun. 9 de Cûnone in affinitatem regiam -pto. GERH. AUGUST. Udalr. I 1 p. 386,24 eum in suae fraternitatis consortium . . . -ere. **4** *(secum) abducere – (mit sich) nehmen:* EIGIL Sturm. 13 adsumtis fratribus secum septem (BERTH. [?] annal. a. 1078 p. 307,7. *saepe*). WALAHFR. Wett. 310 -ens (asu- *V*) angelus . . . infirmum. THANGM. Bernw. 1 p. 758,22 quos diligentiores in sancto meditamine cernebat, seorsim familiarius -ens (CHART. archiep. Magd. 336 seorsum nos -ens *rex*). CARM. Bur. B 137,2,5 iuvenes . . . virgines -ant . . . et eant in prata . . . communiter. *al.*

II *translate:* A *obi. res:* **1** *adicere – hinzunehmen, -fügen:* a *gener.:* ALDH. ad Acirc. 140 p. 197,28 're' praepositio . . . 'd' litteram crebro -it. GERH. AUGUST. Udalr. I 13 p. 402,41 consolationis effectum -ens. WILH. HIRS. mus. 26 plagae . . . infra finalem . . . ad diatessaron saepe tonum -unt. b *log. de propositione minore:* GODESC. SAXO theol. 4 p. 101,14 quod ita probo nunc triformi syllogismo proponendo, -endo, concludendo (RICHER. REM. hist. 4,73ᵉˣ.). 9 p. 206,26 apostolus utitur propositione et explanatores eius consequenter ad-unt atque concludunt regulari adsumptione atque conclusione. *al.* ALBERT. M. top. 8,1,6 p. 504ª,2sqq. dicunt . . . quidam, quod axioma est propositio ad probandam alteram -pta, quae difficilior est ad probandum quam illa, ad cuius probationem -itur. **2** *adipisci, nancisci – erlangen, erhalten:* CHRON. Fred. 3,65 Langobardorum gens, priusquam hoc nomen adsumerit (HARTM. Wibor. 17 ut mox patris nomine -pto abbas . . . constitueretur). 4,21 ut facultatem eius fiscus adsumerit (LEG. Wisig. 12,2,16 bona sibi . . . f. adsummat). LEG. Wisig. 4,5,7 p. 206,30 condicione omnimode ingenuitatis -pta. FORM. Augiens. C 10 quod . . . pro asumendo amminiculo . . . permaneatis. GERB. geom. 6,6 si eam, quam . . . cathetus possederat, basis . . . sibi quantitatem -at. *pass. i. q. obtingere – zufallen:* LEX fam. Worm. 15 ut . . . due partes bonorum . . . -antur ad manus episcopi. **3** *depromere, derivare – entnehmen, herleiten:* CHRON. Fred. 1,24 p. 34,20 quia de cronica . . . Eusebii . . . ad-pta est *descriptio.* ALDH. ad Acirc. 10 p. 90,16 duo scemata . . . a Vergilio ad-pta. BEDA hist. eccl. praef. p. 7,33 ea, quae . . . conscripsi, partim ex eis, quae . . . scripta repperi, adsumsi. HRABAN. epist. 12 ut perspectis anteriorum librorum expositionibus, inde ad huius libri enodandas questiones ad-rem facultatem. BERNOLD. CONST. microl. 33 p. 1005ᴬ vigilia . . . sex sibi responsoria de Dominicali historia . . . -at. *al. pendet* ut: AMALAR. off. 1,27,30 ut ab episcopis solis inungatur *accipiens spiritum sanctum* . . ., ab apostolis -ptum est. **4** *sumere, adhibere – (her) nehmen, verwenden:* ANON. geom. I 4,35 -e trigesimam *partem* de DC. RADOLF. epist. 1 p. 515,21 primos quadratos transsilio, tertium . . . -o. Ps. BOETH. geom. p. 397, 10 literas alfabeti sibi -bant hoc pacto, ut *eqs.* IOH. AFFLIG. mus. 1,2 syllabae, quas ad opus musicae -imus. *al. sibi proponere – sich vor Augen halten:* LIUTG. Greg. 7 -ite exemplum iusti huius (13 p. 78,19). *(temere) invocare – (unbesonnen) in den Mund nehmen:* CONC. Karol. app. C p. 306,29 ne per singula verba nomen Domini in iuramento ad-atur (*cf. Vulg. exod. 20,7* ne ad-as . . . in vanum). **5** *subire – auf sich nehmen, übernehmen:* CHRON. Fred. 2,57 p. 78,2 Theudericus . . . principatum ad-it. LEG. Wisig. 3,4,13 p. 154ª,3 accusationis huius fiduciam ad-entes. FORM. Marculfi 1,36ᶜᵃᵖᶦᵗ. ut causas auctorum ad-endi suorum aliquis licentiam habeat. FORM. Arvern. 2ª adsupta mea vice (2ᵇ atsubta). LIUTG. Greg. 2 p. 69,1 quam perfectae religionis initia -psisset et intrasset. ANNAL. regni Franc. a. 768 iter. WALAHFR. carm. 38,35 mens . . . non ante -ptum . . . munus deseruit . . . quam *eqs.* GESTA Font. 3 p. 20,12 ordinationem -it coenobii. GERH. AUGUST. Udalr. I 26 p. 411,36 presbiter iterum lectionis usum ad-psit. ANNAL. Quedl. a. 1005 rex . . . -pta non bona pace . . . revertitur. THANGM. Bernw. 16 studium tanti laboris -pserat. ALFAN. premn. phys. 34,12 de hoc etiam oportet sermonem ad-ere (*PG 40,740A* διαλαβεῖν), ut *eqs.* OTTO FRISING. gest. 1,49 p. 69,18 docendi . . . officium. CHART. episc. Misn. 92 p. 85,39 poenam, quae vulgo harmescar nuncupatur, in praedicto habitu -entes. CHART. ord. Teut. (Thur.) 232 -ere

[Humperdinck]

ordinem fratrum domus Teutonice. *saepe. de coniugio i. q. contrahere – schließen:* Leg. Wisig. 4,5,2 pro quibus *(filiis)* creandis fuerat adsumtum coniugium. **6** *subdere, constituere – unterordnen, aufnehmen:* Chron. Fred. 2,62 p. 86,1 provincias ..., quae a rege ... Iustinianus suae dicione adsumserat (Capit. reg. Franc. 294,2 p. 423,21 monasterium ... in vestram ditionem redactum et -ptum). Dipl. Arnulfi 140 p. 213,24 ecclesias ... sub nostrum mundiburdum ac tuitionem -entes (Dipl. Heinr. IV. 90). Chart. eccl. Erf. 41 p. 24,16 abbatiam ... in patrocinium mee defensionis -o. Chart. Carinth. V 101 claustrum ... in nostram protectionem et graciam regiam ... assummimus specialem. **7** *praesumere – (sich) anmaßen:* Leg. Wisig. 5,4,17 ut ... servi contumaciam rebellionis ad-ant. suppl. p. 478,10 tyrannidem. Otto Frising. gest. 1,40 p. 59,23 ne ... propria auctoritate verbum predicationis -ret. Chart. Merseb. 372 nos nobis eorum placita contra eundem episcopum nullatenus -emus. *al.* **8** *colligere – zusammennehmen:* Liutg. Greg. 15 viribus -ptis (abs- *2*), quibus valuit. **9** *medial. i. q. sursum dirigi – nach oben verlaufen:* Greg. Cat. chron. II p. 60,34sqq. fossatus ... quomodo -ptus est in furcam ... et descendit in fossatum ..., et inde ... quomodo -itur in cacumen montis et descendit in rigum ... et -itur in aliam vallem. **B** *obi. anim.:* **1** *advocare, eligere, promovere, sublimare – berufen, erwählen, befördern, erheben:* **a** *publ.:* Liber hist. Franc. 47[capit.] Waratto maiorum domato ad-itur. Notker. Balb. gest. 1,4 p. 5,4 de pauperibus ... quendam optimum dictatorem et scriptorem in capellam suam -psit *Karolus (cf.* Lamb. Hersf. annal. a. 1075 p. 242,32 in palacium -ptus. Otto Frising. gest. 1,8 p. 23,27 ad curiam imperatoris). Thietm. chron. 1,19 bene morigeratus ... *rex* -atur. Annal. Altah. a. 1066 p. 72,9 in consortium regni eam ad-psit. Dipl. Loth. III. 55 p. 88,3 ut ... advocatum quem voluerint ... -ant. Otto Frising. gest. 2,13 p. 116,27 inferioris conditionis iuvenes ... ad miliciae cingulum vel dignitatum gradus -ere. Const. II 329 p. 441,15 dum filium eius ... imperatorem nostrum ... -imus. Chart. Salem. 213 ne aliquis hominum ... monasterii ... in civem apud vos -atur. Alex. IV. registr. 351 te in generalem admiratum ... vocari ... et -i. *al.* **b** *canon.:* Beda hist. eccl. 3,29 p. 196,10 reges Anglorum ... adsumserunt cum electione et consensu ... ecclesiae gentis Anglorum virum ... aptum episcopatu. Adam gest. 4,34 p. 269,14 unusquisque episcoporum a rege vel populo -ptus. Schol. Adam gest. 49 Suidger ex Papenbergensi episcopatu -ptus est in sedem apostolicam. *al.* **c** *theol.:* Thangm. Bernw. 52 quanta superni respectus dignatio eum -pserit. Absal. serm. 44 p. 255[C] beatae Virgini conveniunt quatuor genera assumptionis: ... -pta est per electionem, ... per purificationem, ... per confirmationem, ... per sublimationem. *v. et p. 1097,27.* **d** *usu communi:* Walahfr. carm. 29,8 *(de familiaritate)* immerito -ptus pauper honore fruor. **2** *reddere – machen (zu):* Annal. Altah. a. 1069 p. 78,2 quia incautum videbatur sibi *(sc. regi)* fore tot regni primates inimicos simul ad-ere (adsummere *cod.*). **3** *conciliare – gewinnen:* Thietm. chron. 6,41 optimi Bawariorum ... a rege iurgati blandiciis atque minis ... sibi ... specialiter -untur.

III *sensu contrario i. q. auferre, removere – wegnehmen, entfernen:* **A** *de rebus:* **1** *gener.:* Eigil Sturm. 23 adsumto ... martyris corpore de sepulcro, in quo ... positum fuerat (Transl. Libor. 24). Annal. Rosenv. a. 1107 *(c. sensu abripiendi)* ut ensem regalem tempestas ... -ret (abs- *ed.*). *v. et p. 65,15.20. 1097,15.* **2** *iur. i. q. abalienare – entziehen:* Trad. Frising. 435[C] (a. 820) traditionem propriae alodis seu beneficia *(i. -ii?)* praedicto domo asumpti ... reddidit. Chart. Sangall. B 192 p. 177,22 (chart. papae) illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora -untur (*item* Chart. Otterb. 125. Chart. Eichsf. 377 p. 219,37). *v. et supra p. 65,2sq.* **3** *medic.:* Brunus Long. chirurg. 1,15 p. 113[F] si ... corruptio totum os membri iam consecuta est, tunc non expectamus eius curationem, nisi -atur os totum. **B** *de obitu hominis:* Annal. Rod. a. 1106 p. 692,41 passione, qua se -endum putabat ex homine.

***assumptibilis,** -e. *qui assumi potest – geeignet angenommen zu werden:* Albert. M. cael. hier. 4,5 p. 116[a],10 incarnatio est praeter ordinem hominis et angeli, eo quod homo -is et non angelus. summ. theol. I 18,75,2 p. 786[a],15 *corpus caeleste* ab angelo non est -e.

***assumptibilitas,** -atis *f. idoneitas assumptionis – Fähigkeit angenommen zu werden:* Albert. M. sent. 1,16,12 p. 458[b],23 *(de incarnatione)* -s hominis non facit naturam eius meliorem esse natura angeli.

assumptio (ads-, -mt-, -cio), -onis *f. script.:* ads-: *praevalet in schedulis nostris usque ad s. IX.[med.], deinde evanescit.* asu-: *p. 1097,15.* -upt-: *p. 1097,10.*

I *proprie:* **A** *comestio – Genuß, Empfang:* Walth. Agil. med. 8 p. 105,9 -mtio diurna (diureticorum *Gerh. Crem. canon 3,19,2,18*). Albert. M. euch. 3,4,5 p. 328[a],13 quod divinae eucharistiae -o (*cf. Ps. Dion. PG 3,124[A]* μετάληψιν) beatam Iesu in beatitudine signat perfruitionem. **B** *susceptio – das Annehmen, Übernahme:* **1** *de incarnatione:* Hugeb. Willib. praef. p. 87,8 in humani corporis ad-e. Godesc. Saxo theol. 4 p. 99,16 cum caro Deus sit per ad-em. Godesc. Aquens. opusc. 5,5 p. 161,1 diabolo damnosa tuae *(sc. Mariae)* carnis in Deum -o. Albert. M. incarn. 26 p. 197, 62 hoc verbum 'assumpsit' potest dicere -em in fieri vel in termino. summ. theol. I 19,78,2 p. 832[b],48 duo distantia bene potuit *Deus* facere simul esse in uno, scilicet per -em sive unionem. *ibid. al.* **2** *de transfiguratione:* Albert. M. summ. theol. I 18,75,2 p. 785[b],17 quoad -em ... corporum *ab angelis*, quae non respicit nisi ministerii congruitatem. **3** *de manifestatione divini:* Albert. M. cael. hier. 4,2 p. 105[a],18 dicit commentator: -o essentiae *divinae* fusio divinae sapientiae est. **C** *acquisitio – Erwerbung:* Chart. Gosl. II 201 p. 241,5 (a. 1274) in -e, ammotione colonorum, domorum et arearum (*cf.* 200 p. 240,4). **D** *receptio – Aufnahme:* **1** *theol.:* **a** *de obitu:* Vitae patr. Iur. 3,19 licet meritum qualitatemque tuae ad-is (adsumtione *1*) agnoscas. Lamb. Tuit. Herib. 1,12 p. 751,49 in ipsa dormitionis suae *(sc. Iohannis euangel.)* -e. Hist. Walc. 9 eiusdem -is vocatio patri facta est ... orbatio ... inrecuperabilis. **b** *de Christo et Maria in caelum elevatis* (*cf.* Albert. M. resurr. 80 p. 287,61 -o dicit motum violentum, qui est attractio): Alcuin. epist. 166 p. 269,20 si necesse est propter ad-em *(cf. Vulg. Marc. 16,19. al.; v. et supra p. 236,25sq.)* adoptivum esse Christum. *al.* Albert. M. resurr. 80 p. 287,65 est ... -o ... vi assumentis Christi, non assumpti. p. 288,5 de -e autem concedimus, quod proprie in illa obsequitur Christus matri quasi trahens ad se, cuius partem sibi univerat. *al.* Salimb. chron. p. 511,31 in festo -is beate Marie ... fuit facta nobilissima curia. *liturg. de die festo Mariae:* Capit. reg. Franc. 112,41 -o quod est XVIIII. Kal. Septemb. Thietm. chron. 6,18 p. 296,18 (synod.) vigiliam -is sanctae Marie. Dipl. Karoli M. 283 p. 424,11 (spur. s. XII.) quinque denarios in -pcione sancte Marie solvant. Catal. Col. (MGScript. XXIV p. 343[b],11) -em beatae Mariae per octo dies celebrari. Chart. Raitenh. 372 ante -pcionem beate virginis. *saepe.* **2** *publ. de salutatione:* Lamb. Tuit. Herib. 1,10 p. 749,3 quem *(imperatorem)* officiosissima vir Dei -e excepit.

II *translate:* **A** *adiectio – Hinzufügung:* **1** *gener.:* Albert. M. princ. 7,3 p. 362[b],32 in pluralitate aguntur *numeralia* secundum discretionem unitatum earumdem multifariam secundum -em. p. 362[b],36. **2** *log. i. q. propositio minor – 'Untersatz':* Godesc. Saxo theol. 9 p. 206,24 trimembris *syllogismus* ..., qui constat propositione, ad-e, conclusione (Ermenr. ad Grim. 8 p. 542,10). Anselm. Bis. rhet. 1,16 p. 132,6 cuius -is hęc sit proba. Albert. M. mot. proc. 2,3 p. 61,47 altera ... propositio, quae secunda est et -o vocatur, manifestat semper operabile *al. v. et p. 1094,20. in imag.:* Caes. Heist. mirac. I 3,14 p. 129,1 permisit *clementia divina*, ut servum suum diabolus ... subtiliori propositione exercitaret; noluit tamen, ut grossam -mtionem subinferret, ne ... conclusionem aeternae mortis incurreret. **B** *inductio – Einführung:* Chart. Oelsn. 9 p. 20,1 (a. 1203) inter abiectionem ... veteris et novae -em monetae. **C** *vocatio,*

[Humperdinck]

electio, promotio – Berufung, Erwählung, Erhebung: **1** *publ.:* CONST. II 262,11 (a. 1245) a quibus *(principibus)* -o, status et depressio nostra dependet. 352 p. 460,26 de ipsius regis -e favorabili et solempni. 392,2 quare nos . . . rex . . . electionem, -mtionem, promotionem et vocationem . . . acceptamus. **2** *canon.:* CHRON. Andag. 54 p. 128,7 non convenire tante -i *(sc. abbatis).* WIBALD. epist. 399 p. 532,7 -o fratris . . . in nostro *(sc. abbatis)* arbitrio et fratrum suorum electione relinquatur. CONST. II 215,2 *pontifex* post -em (assupt- *1*) suam fidem cum tempore varians. **3** *theol.:* UDALSC. Conr. 1 in quorum *(fratrum)* contubernium illius sorte, cuius est -o nostra, receptus. *v. et p. 1095,47.*

III *sensu contrario i. q. ablatio – das Wegnehmen:* LAND. MEDIOL. hist. II 36 *stolam super altare positam* de ipso altari asumpsit; que positio et asumptio absentibus ordinariis . . . facta fuit.

assumptivus, -a, -um. **1** *extrinsecus indutus – äußerlich angelegt:* MIRAC. Adalb. Wirz. 10 p. 62,33 ne quis autem autumet propter -as lucis momentanee induvias antique et native eos *(satellites satanae)* amittere horrorem nigredinis. **2** *rhet. i. q. exceptionem adiungens, condicionalis – einschränkend, bedingungsweise:* RUP. TUIT. spir. 7,12 p. 1771[A] altera pars *constitutionis iuridicialis* est -a, quae apud Deum in iudiciis eius partim suscipitur, partim damnatur.

assumptor, -oris *m. susceptor vel sublimator – einer der annimmt oder erhöht:* GERHOH. glor. 2,2 p. 1081[D] ut homo . . . assumptus *(sc. Christus)* in Deum et -r eius Deus non sint quidam duo, sed quidam unus.

assumptrix, -icis *f. susceptrix – eine die annimmt, ergreift:* GODESC. SAXO theol. 22 p. 296,4 in . . . Christo et -x divinitas et assumpta . . . regnat humanitas.

assuo (ads-), -sui, -sutum, -ere. **1** *acu et filo affigere – mit Nadel und Faden an-, aufheften, festnähen (cf.* GLOSS. IV 30,3 St.-S. adsuit zuogasiuta): **a** *strictius:* EKKEH. URAUG. Hieros. 10,7 signum . . . mortificationis vestibus -ere (PETR. CAS. [?] chron. 4,11 p. 765,30 in vestibus suis a dextera scapula signum sanctae crucis undecumque . . . -ere. OTTO FRISING. gest. 1,42 p. 61,6). *per compar.:* LIGURINUS 1,128 non pauca videntur inseruisse suis . . . chartis, quae . . . nec contexta rei, sed tanquam -ta cohaerent. *partic. perf. i. q. affigendo ornatus – benäht, besetzt:* ALDH. ad Acirc. 2 p. 64,19 curtinae . . . tabernaculi . . . diversis ansularum nexibus -tae (virg. I 58 p. 318,5). **b** *latius i. q. appendere, praefigere – an-, vorhängen:* ALBERT. AQUENS. hist. 2,35 p. 326[D] parietes declives connectit et virgeas crates -uit mirifico instrumento *(sc. obsidionis). in imag. c. sensu simulationis:* INNOC. IV. registr. B 143 ne . . . de impossibilitate parendi . . . aliqua sibi possit verisimilitudinis -ere tegumenta. *medial. i. q. cohaerere – anhaften:* CARM. anon. (NArch. 2 p. 400) dens reus -itur labiis, rea lingua palato, non licet ore loqui. **2** *consuere – zusammennähen:* IONAS BOB. Columb. 2,5 p. 237,9 suppellectilia ablui, dissuta adsui (consui *var. l.*) . . . iubet. VITAE patr. Iur. 2,2 p. 143,32 de diversis quadrupedum coaptata vel adsuta pelliculis *tunica.* **3** *insuere – einnähen:* GESTA Ern. duc. II 25 p. 224,29 duo socii . . . in pellibus -ti.

***assuper** (ad super) *praep. extra – außerhalb:* CHART. Bund. 614 p. 118,6 (a. 1220) coheret ad super totam peciam terre silve a mane via comunis *eqs.*

assurgo (ads-), -rexi, -ere. *script.* ads- *sola exstat in schedulis nostris s. VII./VIII.*

I *proprie i. q. se erigere – sich aufrichten, sich erheben:* **A** *subi. anim.:* **1** *gener.:* WALAHFR. Wett. 613 protinus -unt *prostrati.* AUREL. REOM. mus. 20 p. 62[A],3 ut . . . signo pulsante illico -ret. THIETM. chron. 5,10 eo -ente numquam presumpsit sedere. **2** *c. colore quodam:* **a** *(se levando) honorem habere, salutare – (durch Aufstehen) Ehre erweisen, begrüßen:* BEDA hist. eccl. 2,2 p. 83,6 si vobis adpropinquantibus ad-xerit. LIUTPR. leg. 50 benigne me suscipiens mihi cum tribus aliis -xit. HONOR. AUGUST. spec. p. 1025[B] dum ei a rege non -itur (*cf.* CONR. FAB. Gall. 15 p. 184,1 cum -retur sibi [*sc. imperatori*] a cardinalibus). *al.* **b** *resurgere – auferstehen:* HROTSV. gest. 416 facies domnae . . . mandatur terrae . . ., donec -at. **c** *evolare – (steil) in die Höhe fliegen:* FRID. II. IMP. art. ven. 5 p. 183,9 ascendendo -unt *falcones.* **d** *proficisci – sich aufmachen:* OTTO FRISING. gest. 2,29 p. 135,16 coronam prebitura gratanter -o *(sc. Urbs Roma),* iocanter occurro. *in imag.:* RUOTG. Brun. 44 p. 47,15 ut mens se . . . erigat, qua valeat intentione iudici suo appropinquanti -at. **B** *subi. res i. q. (in altum) crescere – (an-, hoch)wachsen, steigen:* BEDA temp. rat. 29,34 aestus oceani . . . ad-et (29,80). hist. eccl. 4,3 p. 210,19 si . . . repente flatus venti maior ad-ret (adresurgeret *C*). WALAHFR. hort. 276 sclarega . . . stipite praevalido -ens (*cf.* 100).

II *translate:* **A** *subi. anim.:* **1** *cooriri, accedere – sich anschicken, sich zuwenden:* THIETM. chron. 8,2 in perniciem apertam -ere non desistit. COD. Udalr. 233 p. 411,28 -it *archiepiscopus* causae. RAHEW. gest. 4,25 p. 268,31 hostem . . . proterendum -ite. CHART. Port. 131 universitati *fratrum* pro concessa nobis . . . unitate ad gratiarum actionem . . . humiliter -imus (*cf.* CHART. Carinth. V 149 -imus pietati vestre uberes gr. actiones referentes). *al. trans. i. q. attribuere – erweisen:* EPIST. ad Hildeg. 90 p. 311[B] gratiarum actiones sanctitati vestrae . . . -ere. **2** *praecellere – sich hervortun:* THANGM. Bernw. 51 p. 779,41 (chart.) quantus -xerit in praeliis David manu fortis. **3** *resistere – Widerstand leisten, einschreiten:* THIETM. chron. 8,3 p. 496,13 viriliter -ite. OTTO FRISING. gest. 1,8 p. 24,15 -e . . . huic tam pessimo morbo *(sc. hostibus imperii).* 1,60 p. 86,21 ut huic tam temerariae novitati celeriter -as. **4** *honorem habere – Ehre erweisen:* WALTH. SPIR. Christoph. II 2,80 auctori quantum -xerit orbis. COD. Udalr. 38 p. 79,10 regali excellentiae ducimus -endum. ACCESS. ad auct. p. 43,9 Mecenati et Augusto in omnibus scriptis suis venerabiliter -it *Horatius.* **5** *intervenire, favere – sich einsetzen, Gunst erweisen:* FORM. Wisig. 36 in omnibus pro utilitatibus vestris ad-ere. EPIST. Hann. 105 p. 173,22 laudibus meis cupidius quam verius -entes *litterae.* CHART. archiep. Magd. 370 ad precavenda dampna . . . diligentia -imus. CARM. Bur. B 48,5,1 exsurrexit *Deus* et nos -ere ei propere iam tenemur atque succurrere. CHART. Lips. II 8 piae petitioni favorabiliter -ximus. *al.* **B** *subi. res i. q. apparere – sich zeigen:* CONC. Merov. p. 139,28 -entibus undecunque querelarum materiis (p. 185,28).

***assurie** *v.* *sory.

assurrectio, -onis *f. sensu spirit. i. q. actio ad altiora tendendi – das Höherstreben, Erhebung:* ALBERT. M. eth. 1,5,8 p. 67[b],29 inclinationem vel -em praemium virtutis esse. summ. theol. II 4,18,2,2 p. 235[b],39 cognitio vespertina . . . vocatur . . . cognitio . . . ex -e *(cf. Aug. gen. ad litt. 4,32)* in laudem creatoris. *Humperdinck*

1. assus, -a, -um. **I** *adi.:* **A** *strictius i. q. tostus, frixus, exsiccatus, adustus – gebraten, geröstet, gedörrt, gebrannt:* **1** *gener.:* WETT. Gall. 17 cum . . . piscibus -is. HERM. IUD. conv. 5 (ed. G. Niemeyer. 1963. p. 83,17) -am . . . esocis portionem. *in imag.:* EPIST. Mog. 28 qui nunc sub crucis habitu -i piscis parte cibamini. EKKEH. IV. bened. I 18,65 agnus sic cęsus fuit -us amabilis ęsus. **2** *pharm.:* ANTIDOT. Sangall. p. 86,4 squile -e. RECEPT. Sangall. II 76 ovarum -arum vetella. TRACT. de aegr. cur. p. 91,26 panem -um, id est bis coctum. HILDEG. phys. 1,182 sal . . . super ignem -us. ALBERT. M. animal. 22,98 yricius . . . -us calidus a patiente comestus. *al.* **3** *natur. de exsiccatione:* ALBERT. M. animal. 2,34 cornua . . . sunt terrestria, calore fortissimo -a et ad ossis naturam accedentia. **4** *techn. de adustione:* ANTIDOT. Bamb. app. p. 38,17 nitru -u. MAPPAE CLAVIC. 27 misii -i partem I. 202 pulverem stanni -i. AUDRAD. carm. 1,75 vas testis exuat -is. HERACLIUS I 21,2 cupri. *al. adde:* CARM. de Iuda 3,54 (ed. P. Lehmann, Erforsch. d. Mittelalt. II. p. 280) peruror ceu plumbi massa, que solvitur ignibus -a. **B** *latius:* **1** *calidus – heiß (cf.* GLOSS. III 493,46 St.-S. -um balneum suezbad): HILDEG. phys. 1,3 in -o balneo, cum avena in aqua, in qua cocta est, ignitos lapides perfundat. fragm. 133. **2** *(medicaminibus) arefactus – (durch Präparate) ausgetrocknet:* HELM. chron. 100 p. 198,15 precepit . . . corpus . . . concidi frustatim et -um condiri (*cf.*

[Payr]

ANNAL. Egm. a. 1164 p. 170,24 sale ... excoctum et conditum).

II *subst.:* **A** *fem.:* *caro tosta – Braten:* EINH. Karol. 24 p. 29,5 praeter -am, quam venatores veribus inferre solebant (*sim.* POETA Saxo 5,375). **B** *neutr.:* *quod tostum est, caro tosta – Gebratenes, Braten:* EINH. Karol. 22 p. 27,8 *medici* ei in cibis -a ... dimittere et elixis adsuescere suadebant. ECBASIS capt. 1028 ut dabis elixa, confestim dentur et -a.

2. assus *vel* **-um,** -i *subst.* *(orig. germ.?)* *fort. i. q. abortus – viell. das Verwerfen:* LEX Sal. Merov. 2,5 si quis scrovam in -um (-o *A 1*) subbaterit (subbatit in furtum, hoc est, porcellos a matre subtrahit *K*). *Payr*

3. assus *v.* as. **4. *assus** *v.* *absus.

assyda *v.* asida. **assysmatio** *v.* assignatio.

ast *particula.* *usurpatur a poetis plerumque ante vocales et* h. *interdum postponitur, e. g. p. 1100,5.23., cf. p. 1100, 24sq.* *rarescere videtur usus post s. X.*

I *c. sensu contrarietatis vel diversitatis i. q. vero, econtra, sed – jedoch, dagegen, aber* (*cf.* GLOSS. IV 3,19 St.-S. ast kiuuisso): **A** *gener.:* IONAS BOB. Columb. 2,7 p. 242,9 sciscitatur ...; ast (ad, at *var. l.*) puella detestatur *eqs.* ALDH. virg. II 2315 'affer ... tormenta ...'; ast ego tanta feram ... tropea (ERMENR. ad Grim. 24 p. 562,1. HROTSV. Mar. 765. *al.*). HUGEB. Willib. 4 p. 100,26 illi pergentes adpropinquaverunt ad illo *(leone)*, ast ille cito ... devertit (POETA Saxo 3,398 ast illis. *al. cf.* HROTSV. Theoph. 138 ast hic). WALAHFR. carm. 70,4 es, quod eram ...; ast parte ex animae cognitor est Dominus. WALTHARIUS 423 ast ubi pervenit, qua flumina curva fluebant. CHART. Epternac. 169 pater meus ... vocavit ad se duos nobiles viros et me ...; ast me rogavit *eqs.* FROUM. carm. 33,3 deficit omne ...; ast hominis flatus perdurat. VITA Bonif. I 10 ast serpens antiquus ... quosdam instigavit. *al.* **B** *spec.:* **1** *in dialogorum responsis:* VITA Erasmi 444 'tuos sermones non portare valebo'. 'ast ego', sanctus ait, 'miror *eqs.*' *usu indirecto:* DONAT. Trud. 3 (MGMer. VI p. 277,22) habitatores ... eam ... interrogaverunt, quid sibi acciderat ...; ast (at *var. l.*) illa ... confessa est. **2** *in oppositione vel enumeratione:* **a** *duarum partium:* ALDH. virg. I 54 p. 312,20 quorum prior *(sc. Abel)* ...; ast vero Melchisedech. VITAE patr. Iur. 1,4 p. 134,7 plurimi ..., ast alii (AGIUS comput. 4,8 unam *pagellam* ..., ast aliam. *al.*). WANDALB. creat. mund. 32 haec *pars* ..., ast illa. AGIUS comput. 8,7 communesque quidem sunt incausto titulati, ast embolismi ... rubescunt. WALTHARIUS 1223 tute ..., ast ego (HROTSV. Pel. 156 te ..., ast ego sed). DIPL. Otton. III. 347 Tiele situm est ..., ast Nerestein adiacet *eqs. al.* **b** *plurium partium:* ALDH. virg. II 2625 ast vero quartam ... catervam. PAUL. DIAC. carm. 24,8 Pippinus pater est ..., Pippinus proavus ..., ast abavus Anschisa. CAND. FULD. Eigil. II 18,14 dona ferunt ...; ast alii ...; alii namque. *al.* **3** *in apodosi:* ALDH. virg. I 4 p. 231,12 quamvis gimnicorum exempla ... congruant ..., ast (at *var. l.*) tamen ... experimenta liquido declarant (II 499. carm. eccl. 4,2,35. *cf.* virg. I 53 p. 312,8 licet ..., ast t.). ad Acirc. 40,3 dum virtute fero *(sc. aqua)* silvarum robora mille, ast acus exilis ... gestamina rumpit. **4** *in enuntiatis secundariis subsequentibus:* ALDH. virg. I 6 quamdiu ... antiquas inhabitare sedes ... decreverit ...; ast si ... externa quaerere regna maluerit *eqs.* ad Acirc. 128 p. 177,7 si ...; ast vero si. **5** *post negationem i. q. immo – vielmehr, sondern:* ALDH. epist. 4 p. 484,18 nec ... neque ...; ast vero (*cf.* HROTSV. Mar. 334). PAUL. DIAC. carm. 16,2 pulchrior me nullus versatur in poculis umquam, ast ego primatum ... teneo.

II *c. sensu continuationis:* **A** *autem, tunc – nun, aber, dann (plerumque in narratione ad rem novam introducendam; hic illic apud poetas metri supplendi causa ut vid., e. g. p. 1100,5.11):* **1** *gener.:* IONAS BOB. Columb. 2,1 p. 232,4 extremum alitum dimisit; ast (ad, at *var. l.*) hii, qui aderant, ... remeant ...; at vero alii *eqs.* ALDH. virg. I 38 p. 290,11 contigit ... plures ad eum ... stipis gratia confluxisse; ast ille tres sportulas ... turmis exhibuit. WILLIB. Bonif. 7 p. 36,24 ast ubi ... Gregorio ... praesentaretur (POETA Saxo 2,41. WALTHARIUS 285. HROTSV. prim. 337. *al.*). HUGEB. Willib. 4 p. 94,17 ast ille senex interrogavit illos. 6 p. 106,3 ast cito postquam ... anthletus ... locum inhabitare coepit *eqs.* HRABAN. carm. 9,23 fit quoque, quod dudum psalmista ast voce canebat. HYMN. Hraban. 11(8),5,1 claustra ast patent mox omnia. CAND. FULD. Eigil. II 23,1 ast opus ecce novum ... exorsus. *al.* **2** *spec.:* **a** *in apodosi:* HUGEB. Willib. 5 p. 104,15 cumque ... Bonefatii ... desideria ... Gregorius tertius Willibaldo indicavit, ast placidis illum exortationum oraculis ... arcessivit (2 p. 89,2.10). HRABAN. carm. 40,4,2 postquam tu, unanimis frater, abisti, ast mox per varios torsus ubique sum casus. **b** *in apostropha narrationem interrumpente:* ALDH. virg. I 13 p. 241,17 ast vero si vestrae sagacitatis pervigil sollicitudo sollerter nosse desiderat. **B** *atque – und* (*cf.* GLOSS. I 49,7 St.-S. ast ego enti ih): HUGEB. Willib. 3 p. 90,5 ille ista cordis sui clandestina ... revelavit patre (*i.* -i) ast illum obnixis flagitabat precibus *eqs.* Wynneb. 2 p. 108,19 correptus est ille corporis infirmitate ... ast sic ... properat (*cf.* p. 108,26 ast ita). TRAD. Frising. 444 plene ast funditus deligavit. VITA Erasmi 71 hic meritis fuerat et moribus almis ast operum bonitate micans vultuque venusto. EPITAPH. var. I A 4,18 rapuit mors invida vitam reddidit ast gelido membra caduca solo. *al.* *adde:* TRAD. Frising. 434^{c} (a. 820) alodem propriam deligabant ... etiam ast ... in manus Hittonis episcopi reddebant.

III *c. sensu anaphorae post interruptionem i. q. ergo – also:* HROTSV. prim. 85 nunc ad opus ... perficiendum est convertendus stilus ...; ast ubi Liudulfo fuerat ... Oda ... coniuncta.

IV *c. sensu causali i. q. enim – nämlich:* ALDH. virg. II 1229 Daria cum duro patitur tormenta Chrisanto; impiger ast ille ... truditur in tenebras ... carceris. AGIUS epic. Hath. 95 cur ... vos facio gemere? ast hoc ex fragilis carnis propagine venit.

V *c. sensu auctivo i. q. quin etiam – ja sogar:* HROTSV. Gong. 501 sternuntur sacro procerum quoque corpora busto ...; ast (at *ci. Winterfeld*) qui sceptra gerit, prostratus marmora lambit. *Prinz*

asta *v.* hasta.

astacus (hast-, -choz, -coz *sim.*) *(m.)* (ἀστακός) *cammarus – Hummer (Astacus marinus L.):* ALBERT. M. animal. 1,100 *animal*, quod vocatur hastacooz (*p. 490^{b},12* ἀστακῶν) et aput nos vocatur crapa. 4,18 animal, quod dicitur astachoz, et est cancer marinus sine cauda (4,20). 4,25 stycoz. 4,52 animal assimilatum ad astacoz (7,92). 5,20 karabo ... et astaco ... coeunt sicut animalia (5,74). 14,10 cesy. 14,13 aceh.

***astagno,** -are. (ad *et* stagnare, *nisi subest prothesis*) *desiccare – (aus)trocknen:* IOH. sacerd. 178 (gloss.) calx ovorum ... -at omnes plagae (*i.* -as).

***astalius** *vel* **-um,** -i *subst.* (*langob.* âstalîn) *actio furtive aufugiendi – das heimliche Entweichen:* EDICT. Roth. 7 si quis contra inimicûs pugnando collegam suum dimiserit aut astalin (-um *12*) fecerit, id est si eum deceperit.

***astal(l)aria** *v.* *stelaria. **astamino** *v.* stamino.

***astanecos** *subst.* *(orig. inc.)* *bombyx – Seidenraupe (Bombyx mori L.):* ALBERT. M. animal. 8,138 animal, quod -s (astaneoz *Mich. Scot.; cf. Arist. p. 623^{a},33* ὕστριχες), quod nos bombicem vocamus, eicit pilos sericeos.

***astaraz, -oz** *v.* *asterias. ***astarchia** *v.* *autarcia.

astarisc(h)us *v.* asteriscus.

***asteios,** *nom. pl.* -οι *adi.* (ἀστεῖος) *lepidus – nett:* ALBERT. M. eth. 4,2,1 p. 295^{b},41 parvi *homines* ... quantitatem debitam in membris non attingentes Graece vocantur ἀστεῖοι *(p. 1123^{b},7)*, quod multas habet significationes *eqs.*

***astelaria** *v.* *stelaria.

astella (hast-), -ae *f.* *(m.* -us: *l. 68)* **1** *fragmentum (ligni) – Splitter, Span, Scheitholz* (*cf.* GLOSS. III 1,5 St.-S. -us scaide. 648,21 ascelle [*vel* ast- *leg.*] sceidun. IV 236,51 astula diminutivum -a i. span): BRUNUS LONG. chirurg. 1,13 p. 111^{c} spinę ... et h-ae *sagittae* cum corpus intrant. 1,18 p. 116^{D} h-e ossis. *al. v. et p. 1053,29.* **2** *canaliculus – Schiene:* GLOSS. Roger. I A 4,3 p. 711,11 apponantur *brachio* -e plurime

[Baador]

ad hoc apparate. BRUNUS LONG. chirurg. 1,18 p. 115[G] supra ... fascias ... h-ae locentur, ut per eas membrum rectificetur. THEOD. CERV. chirurg. 2,20 p. 150[G] h-ae ferulae vel palmae sunt optimae. WILH. SALIC. chirurg. 3,10 p. 345[D] ordina h-as decentes secundum longitudinem manus cum raseta. *al. v. et p. 1116,20. cf.* *assella, *assila, *assile.

***astellata** (abstellacta), -ae *f.* (astella) *?fragmentum ligni – ?Splitter:* IORDAN. RUFF. equ. 6,18 p. 52,24 si ... caliginati fuerint oculi ex percussione aliqua vel ex reumatis interventu ⟨vel ?⟩ abstellactae.

aster (aust-, ust-, -ereos *sim.*), -eros *(m.)* (ἀστήρ) *res (ut astrum) praecellens – (wie ein Stern) hervorragendes Ding, Stern-:* **1** *de remedio:* PAUL. AEGIN. cur. 78[med.] musa trociscus et -r (*3,22,5* ἀστήρ) ... *reumata* repellunt. 225 miscentes lacti -os (*3,59,2* ἀστέρος) collirium. *al.* ANTIDOT. Lond. p. 19,7 antidotum -r ad catarrum. **2** *de terrae generibus:* **a** ges aster *sim. i. q. genus terrae Samiae – Art der samischen Erde:* PAUL. AEGIN. cur. 99 *collyria* ex ... terra austeros (*3,22,21* ἀστέρος) ... conficiuntur. *al.* ANTIDOT. Glasg. p. 109,7 cum gess -as cocliare I. COMPOS. Matr. 64,4 accipis ... gis -os flaba dragmam *(cf.* GLOSS. Salern. p. 7[a],15 gis -eos bolus. *v. et p. 1109,36). al.* **b** Samios -r *i. q. terra Samia – samische Erde:* PAUL. AEGIN. cur. 237 p. 174,4 Samium -a (*3,62,1* ἀστέρα) ... comedere. *ibid. al.*

asterias (asta-, -roz, -riez *sim.*) *(m.)* (ἀστερίας) **1** *genus ceti maculis albis astro similibus sparsum – Sternhai (Mustelus vulgaris L.):* ALBERT. M. animal. 6,67 astaroz (*p. 566[a],17* ἀστερίας) generat multis vicibus. *huc spectare vid.:* ALBERT. M. animal. 24,9 astaraz piscis est *eqs.* **2** *species ardearum – Rohrdommel (Botaurus stellaris L.):* ALBERT. M. animal. 8,24 *tertium genus ardearum* vocant astariez (*p. 609[b],22* ἀστερίας). 8,83 astaryes.

asterica *v.* asteriscus.

asteriscus, -i *m.* (ἀστερισκός) *script.:* asta-: *l. 39.49.* -isch(us): *l. 39.* -ic(us): *l. 43sq.49.*

de nota critica fere additamenta indicante i. q. stellula – Sternchen, Asterisk: **1** *de usu in codicibus bibliorum exstante:* EPIST. var. II 26 p. 340,22 quid in LXX[ta] ex Hebreo sub -o (astarischo *cod.*) ※ additum. p. 340,29 -os (-ischos *cod.*) ※ et obelos suis locis *in psalterio* restitui. CHRON. Albr. a. 233 Origenes sextam editionem fecit cum -o et obelo. ALBERT. M. pol. 4,12[g] p. 407[b],42. 46 qui *(Hieronymus)* ... -icis, id est figuris ad modum stellarum compositis, distinxit bibliam, ut ... -icis signarentur ponenda, quae ... deficientia illucescerent de veritate Hebraica. *al. iron. ut vid.:* BENZO ad Heinr. 3,4 archiepiscopo Alberto aliis atque aliis -o et obelo frater Benzo propheticum librum. **2** *de usu in aliis codicibus exstante:* HINCM. Remig. praef. p. 258,28 ut illa, que populo recitanda sunt, nota, quae -us (astariscus, astericus *var. l.*) vocatur ※, ... ut quasi stelle radii minus scientes illuminent, prenotentur. BOVO SITH. Bert. praef. p. 525,34 ut ... minus dicta dilucidentur -is.

***asterita**, *acc. sg.* -en *(f.)* (ἀστερίσπα) *marrubium – (gemeiner) Andorn (Marrubium vulgare L., cf. André, Lex. bot. p. 45):* GLOSS. med. p. 64,11 prasios ... Aegyptii *vocant* -en (*e Ps. Apul. herb. 45 l. 29* -am).

asterium, -i *n.* (ἀστέριον) *cucumis silvestris – Springgurke (Ecballium elaterium A. Rich., cf. André, Lex. bot. p. 45):* DYNAMID. Hippocr. 2,61 -i, id est cucumeris agrestis, bacas si dederis.

asterno (ads-), -stratum, -ere. *medial. i. q. se prosternere – sich hinwerfen:* FLOD. hist. 3,6 p. 479,44 caelitum reginae clementiam rogatura ... pavimentis -ta. VITA Annon. I praef. p. 466[b],14 me ... vestris -tum pedibus. FUND. Schild. 5 domina ... terre ad-ta ... orabat.

asterus *v.* austerus.

asthma, -atis *n. (f.: p. 1102,4)* (ἄσθμα) *script.:* asm-: *l. 72. p. 1102,1.4.6.8sq.* ast(a)m-: *p. 1102,2sq.* -ath-: *p. 1102, 1.3. form.: acc. sg.* -mam: *p. 1102,4. abl. sg.* -ati: *p. 1102,2. difficultas spirandi angustia ramorum arteriae asperae effecta – Atemnot infolge Verengung der Luftröhre, Asthma (cf.* GLOSS. IV 380,34 St.-S. dâppe i. asma): PAUL. AEGIN. cur. 172[tit.] de ... -e (asmate, asmathe *var. l.; 3,29,1* ἄσθματος). 174 p. 97,10 peripneumonia ... est frequenter in ... astmati (astamathi *var. l.; 3,30,1* ἄσθμασιν). ANTIDOT. Bamb. 15 sotera ... asmam curat. TRACT. de aegr. cur. p. 211,31 asma est difficultas inspirandi vel exspirandi vel utriusque. HILDEG. caus. 2 p. 96,23 de asmate. WILH. CONG. chirurg. 1560 vena inciditur propter passiones pulmonis, disniam, orthomiam et asma. ALBERT. M. veget. 6,374 *luf* convenit -i (spasmati *V*). animal. 23,93 asturem, qui asma habet, sic curabimus. *al.*

***asthmacia** (asm-, -agia), -ae *f.* (*cf.* ἄσθμα) *difficultas spirandi angustia ramorum arteriae asperae effecta – Atemnot infolge Verengung der Luftröhre, Asthma:* Ps. HIPPOCR. phleb. 30 mesa vena incidimus propter pulmonum causas, dipsnia, orptonomias et asmagias (asmaciam p. 69[a],15 [rec. Brux.]; *cf.* GLOSS. med. cod. Trev. p. 135,130 asmacia).

asthmaticus, -a, -um. (ἀσθματικός) *script.:* astm-: *l. 25.* asm-: *l. 23.29.31.34.* hasm-: *l. 30.*

1 *adi.:* **a** *asthmate effectus – durch Asthma hervorgerufen, Asthma-:* Ps. OTHO med. 179 dolor -us. **b** *asthmate affectus – asthmatisch:* ALBERT. M. animal. 23,90 si ... asm-us fuerit accipiter. **c** *qui dyspnoeae est – mit Atembeschwerden verbunden:* TRAD. Ensd. 125 (ed. Freyberg, Samml. hist. Schriften. II. p. 233,22; c. 1170) astm-o morbo laborabat, scilicet suffocatione anhelitus in naribus. **2** *subst. masc.: qui asthmate laborat – Asthmatiker:* PAUL. AEGIN. cur. 172 sine febre suspirantes velut currentes ocius ... nominant -os (asm- *var. l.; 3,29,1* ἀσθματικούς). *ibid.:* asm-orum (hasm- *var. l.*) ... curationis intentio. ANTIDOT. Augiens. p. 44,20 antidotum gera Galieni ... asm-is et suspiriosis medetur. ODO MAGD. herb. 616 -os, medici quos Graeco nomine dicunt, ... *nepeta* mitigat. ALBERT. M. animal. 22, 148 si carnes eius *(vulpis)* ... cum vino asm-is dentur. *saepe.*

***astia** *(f.) (orig. inc.) copia – Menge:* LIOS MON. 146 -a (gloss.: copia) corde crucis devoto septima sors est.

astile *v.* hastile.

***astinus** *vel* **-um**, -i *subst.* (assis, astula, *cf.* hastina, -nu, *v. ThLL. s. v.*) *?spatha – ?Spachtel:* MATTH. PLATEAR. gloss. p. 379[G] *pilulae* teneantur sub lingua; cum tali etiam confectione longiori digito vel aliquo alio in -o sublevetur uvula.

***astiola**, -ae *f.* (*cf.* astula) *canaliculus parvus – kleine Schiene:* Ps. HELIOD. chirurg. 83 non glutinentur *loca vulnerum*, quando rarae -ae inponuntur. *Baader*

astiplex *v.* atriplex.

astipulatio (ads-, -cio), -onis *f. script.:* ads-: *post s. IX. minuitur in schedulis nostris.* ass-: *l. 53.62. p. 1103,3. 54.* ab- *(var. l.): p. 1103,34.* -ibu-: *l. 54.*

